 ἀκριβεῖ πολιτείᾳ. Ἐνδον γὰρ Ταβέννης, μεθ' ὧν
 ἦν καὶ Παχώμιος, λόγος ἄμφι χιλίους καὶ τριακο-
 σίους εἶναι. Οἱ δ' ἄλλοι κατὰ Θεβαίδα καὶ τὴν
 ἄλλην Αἴγυπτον ἔχουν· ὧν ἀπάντων μία ἦν ἡ
 ἀγωγή καὶ ἡ διαίτα, καὶ κοινὰ πάντα πᾶσιν ἐτύγ-
 χανον, οἷα τινα μητρόπολιν τὴν νῆσον ἡγούμενοι,
 καὶ πατέρας τοῦς ἐκείσε ἡγεμονεύοντας· ἀφ' ὧν
 καὶ ἄρχοντες ἐφ' ἐκάστη συνοικίᾳ οἱ τῶν ἐθῶν
 καθειστήκεισαν ζηλωταὶ διεπέμποντο. Καὶ περὶ μὲν
 Παχώμιου τοσαῦτα. Τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ καὶ Ἀπολ-
 λώνιος ἐπὶ τῇ κατὰ Θεδὸν φιλοσοφίᾳ πολὺν τὸν
 ἔρωτα σχῶν, διαπρίπων ἦν. Ὁς ἔπει πεντακαίδε-
 κατῷ τῆς ἡλικίας ἐπαρξάμενος ἐν ἑρημῇ φιλοσο-
 φεῖν, ἐπεὶ τεσσαρακοστοῦ ἐπέβη ἐνιαυτοῦ, θεῖα

A exercitium incitatiores essent (1), leves atque
 faciles operæ mandarentur. Domicilia autem reli-
 giosa circumcirca eis exstrui jussit, in quorum uno-
 quoque tres manerent. Cibum porro in unis am-
 plioribus ædibus ut caperent constituit, idque cum
 alto silentio considerentes : facie ita operta, ut neque
 alius alium, neque præterea aliud quidquam, quam
 mensam et cibum propositum cernere posset. Cum
 iis ne alius quisquam habitu alio in eadem mensa
 cibum sumeret, præterquam si hospes eo divertens
 acciperetur. Signis autem quibusdam, manuum im-
 pulsione, vel nutibus rem necessariam ab eis quibus
 sorte, ut mensæ præessent, obvenisset, insinuando
 peterent. Quod si quis eum illis vivere vellet, ut
 tribus prius annis, mutato pauluam habitu, duriores
 perferret labores : atque ita tandem arcanis eorum
 sacris institutus, eodem cum illis loco esset. Vesti-
 mentum autem ut esset sagum pelliceum, et capitis
 tegmen mitra lanea : quæ mitra quibusdam purpu-
 reis distincta filis, puncta sua haberet, crucis formam
 referrent. Tunicæ autem et zonæ itidem ut lineæ
 essent : in quibus simul et in sagis considerentes,
 super exstructis toris mediocrem caperent somnum.

706 Domicilium porro ut ita sepimento circum-
 vallaretur, ut id lectum cujusque concluderet.
 Primaria autem et Dominica die ut ad communio-
 nem et perceptionem divinorum mysteriorum ac-
 cedentes, solutas zonas et sagula pellicea depone-
 rent. Atque ut duodecies interdum semper orarent :
 itidem vero ad vespeream, noctu similiter, et item
 hora nona tertio. Et cum cibus esset capiendus, ut
 singulas orationes psalmus præcederet. Præterea
 ut ad numerum Græcarum litterarum cœlum mon-
 nachorum cohabitantium in viginti quatuor ordi-
 nes divideret, et cuique ordini congruentem, sicuti
 animus, vita et mores cujusque ferrent, imponeret
 appellationem : scilicet ut simpliciores i, qui vero
 pravi essent, et minus recti, ζ et ξ vocarentur :
 atque aliter alii, juxta cujusque institutum, et lit-
 teræ ipsius habitum, aptum accommodando cogno-
 men. Ejusmodi sane legibus Pachomius monachos
 suos rexit. Qui quidem humanus maxime et Dei
 amans fuit, eo amplitudinis progressus, ut res
 quaque futuras non ignoraret : quippe quas præ-
 cique ex continuo angelorum colloquio cognosce-
 bat. In Thebaide autem philosophiæ suæ officinam
 habuit, in quadam insula quæ Tabenna nominata
 est : a qua hucusque Tabennesiotæ dicuntur. Qui
 cum tempore magna cepere incrementa, adeo ut
 septies mille, et quidem admodum celebres, vitam
 eis quas diximus legibus ad exactam prorsus rati-
 onem agentes existerint. Intra Tabennam nam-
 que, cum quibus etiam Pachomius erat, circiter
 mille et trecenti fuisse dicuntur : alii autem per
 Thebaidem, et reliquam Ægyptum coluere. Eorum
 omnium unum erat institutum, unus vivendi mo-

(1) Ascetæ cujusdam scite dictum est, Monachum, nisi opus faciat, avaro homini esse persimilem.

dus communia omnia inter se habentium. Insulam A ipsam quasi metropolim quamdam esse putabant : et qui ibi rebus præerant, patres. Ex quibus quoque, qui instituti ejus æmulatores erant, cœtui cuique et domicilio præfectos suos accersentes accipiebant. Hæc de Pachomio. Eadem vero ætate et Apollonius ingenti erga divinam philosophiam amore flagrans pottebat : qui quindecimo ætatis anno solitariæ philosophiæ initiatus hæc, quadragenarius divinæ obsequens visioni in publicum ad loca hominibus habitata rursus prodiit, atque in Thebaide tuguriolum sibi condidit. **707** Et cum in primis Dei esset amantissimus, admiranda edidit opera : nihilque rerum omisit omnium, quin in eis præcipue excelleret, quæcunque ad id genus philosophiæ pertinent. Moribus fuit optimis, et in pietate prolixè docenda magna gratia. In precationibus adeo habuit benignum et propitium Deum, ut ab eo orans nihil non exoraret. Et pro sapientia sua ea prorsus petebat, quæ facile Deus tribuere solet. Floruit tum quoque Anub ille, quem post confessionem pro Christo in persecutione obitam, ferunt nunquam postea mendacium dixisse, neque quidquam terrenæ rei concupivisse : quæ vero a Deo orasset, omnia obtinuisse : angeloque divino adeo institutore usum, pietatis virtute exercenda ad summum usque pervenisse. Sed enim de Ægyptiis monachis hæc satis est dixisse.

CAPUT XV.

De Palæstinæ et Syriæ monachis.

Inde vero etiam Palæstina edocta, eandem philosophandi rationem complecti cœpit. In qua primus floruit Hilarion : cui patria fuit vicus nomine Thebasa (1), qui non minus quam quindecim stadiis Gaza abest, austrum versus ad torrentem situs, qui mare influens vernaculum a vico ipso accepit nomen. Cum autem Alexandrinas frequentaret scholas, Antonii fama quæ tum increbuerat audita, videndi ejus gratiæ solitudinem petiit : et aliquantulum cum eo moratus, idem vitæ institutum sequi constituit. Quod vero ad Antonium quotidie multi ventitarent, voti compos fieri non potuit. Itaque in patriam reversus, cum parentes ejus e vita hac migrassent, multa substantia sua omni fratribus et egenis distributa, nihil sibi ex ea reliquum fecit. **708** Et mox deinde in loco quodam maritimo, viginti stadiis a vico distante, tugurium e latere sibi exstruxit, congerie fractarum testarum tectum. Cujus tanta fuit latitudo, longitudo et altitudo, ut stantem eum caput inclinare, recumbere autem volentem pedes ad seipsum contrahere necessario oporteret. Hic rebus omnibus per assuetudinem, promptam sibi et facilem faciebat ærumnam. Atque in moderatione et temperantia egregie elaborans, nullum prorsus ex factis suis concepit fastum, cum quidem ea in te superiorem haberet neminem. Corporis autem voluptates et animæ blanditias edomans, cum inedia, siti, frigore, et æstu strenue conflictabatur. Moribus integris præditus fuit, sermone humanus et placidus : et quæcunque sacrorum oraculorum didicisset, accurate memoria tenebat. Tantopere

(1) Thabatha, Sozom.

δφει πειθόμενος, τὴν οἰκουμένην αὐθις κατέλαβε· καὶ κατὰ Θηβαῖδα τὴν μάνδραν ἐπέζητο. Θεοφιλὴς δὲ τὰ μάλιστα γεγονώς παραδέξων αὐτουργὸς ἦν. Πράξω; δὲ οὐδὲν ἐλλείπων, ὅσα εἰς τὴν τοιάνδε φιλοσοφίαν ἀνήκει, διαφερόντως εἶχεν· ἀγαθὸς εὖ μάλα τὸ ἦθος ὦν, καὶ σὺν χάριτι ἀφθονον τὸ τῆς διδασκαλίας νῆμα προχέων· καταπειθὲς δ' οὕτως ἔχειν τοῖς αἰτουμένοις τὸ Θεῖον, ὡς μηδὲν αἰτουμένῳ ἀνήνυτον εἶναι. Πάντω; δ' ἐκείνα ἤτει, σοφὸς ὦν, οἷς χαίρειν διδόναι ἐκ τοῦ βόστου τὸ Θεῖον ἔχει πρὸς φύσεως. Ἦκμαζε δὲ καὶ Ἀνουθ ἐκεῖνος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ· δὴ λόγος μετὰ τὴν ἐν διωγμοῖς ὁμολογίαν ὑπὲρ Χριστοῦ, μήποτε ψεύσασθαι· ἀλλ' οὐδέ τις τῶν προσγεῖτων εἰς ἐπιθυμίαν ἔλθειν. Ὡν δὲ πρὸς Θεοῦ δεήσει, μηδενὸς ἀστοχῆσαι· θεῖω δ' ἀγγέλῳ καθηγητῇ χρησάμενον, ὅσον ἦν ἀρετῆς εἰς ἄκρον ἀσκήσαι. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ μοναχῶν ἀπόχρη τοσαῦτα εἶπεῖν.

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ καὶ Συρίᾳ μοναχῶν.

Ἐκεῖθεν δὲ καὶ Παλαστίνῃ ὁδηγηθεῖσα, τὰ ἴσα φιλοσοφεῖν ἤρθετο· ἐν ἧ πρώτως ἤνθησεν Ἰλαρίων· ὃ πατρὶς μὲν ἦν κώμη Θηβαῶν ἡνομα, οὐκ ἔλαττον ἢ εἰ' σταδίους ἀπέχουσα Ἀζῆς, πρὸς νότον κειμένη παρὰ τὸν χεῖμαρρόν, ὃς ἐπὶ θάλασσαν βέων, ἐπιχώριον ἀπὸ τῆς κώμης εἰληφεν ὄνομα· τοῖς δ' ἐν Ἀλεξανδρείᾳ φοιτήσα; διδασκαλείοις, τῆς Ἀνω· νίου ἀκοῆς διαδωμένης, κατὰ θέαν ἐκεῖνου εἰς τὴν ἔρημον ἦκε· καὶ ἐπ' ὀλίγον διατριψάς ἐκεῖνω, τὰ ἴσα φιλοσοφεῖν ἀρτίεται. Πολλῶν δ' ἐς Ἀντώνιον καθ' ἐκάστην ἰόντων, ἡρμεῖν οὐκ εἶχε κατὰ σκοπόν. Τὴν πατρίδα δὲ καταλαθῶν, ἐπεὶ καὶ οἱ γονεῖς αὐτοῦ τὸν τῆδε βίον ἀπέλιπον, τοῖς ἀδελφοῖς καὶ τοῖς ἐνδέξει τὴν πολλὴν περιουσίαν ἐσχόρπισε, μηδὲν τι τὸ σύνολον καταλιπὼν ἑαυτῷ. Καὶ λοιπὸν ἐν τινι τόπῳ πρὸς θάλασσαν εικοσι σταδίου; τῆς κώμης διέχοντι καλύθη ἐκ πλίνθων ἐπήνυτο, φορυτῷ κεράμων κατεαγῶτων κεκαλυμμένην. Τόσον δ' ἦν ἐκείνη εὐρους καὶ μήκους καὶ ὕψους, ὡς δεῖσαν ἐστάναι, κύπτειν τὴν κεφαλὴν· πεσεῖν δ' ἐπάναγκες ὄν, τοῦ; πόδας συνιζάνειν πρὸς ἑαυτόν. Πᾶσ; γὰρ τρόποις ἔθιμον ἐποιεῖ αὐτῷ τὴν ταλαιπωρίαν. Πονῶν τε τῇ ἐγκρατεῖᾳ δοκίμως, ἄτυφον εἶχε τὴν πρᾶξιν, καὶ ταῦτα μηδὲν τῷ ἔργῳ τούτῳ καταλείπων ὑπερβολῆν. Κρατῶν δ' ὅσαι σώματος ἤθρονα καὶ ψυχῆς θωπείαι, πρὸς αἰτίαν καὶ δίψος καὶ δίγος καὶ πνίγος στερεῶς ἠγωνίζετο. Τὸ μὲν οὖν ἦθος σπουδαῖό; τις ἦν, καὶ τὸν λόγον ἐπιεικέσ; ἀκριβὲς δ' εἶχε μεμνήσθαι ὅσα τῶν ἱερῶν λογίων ἐξήσκησε. Τόσον δὲ δι' ἀρετῆς φκείωτο τῷ Θεῷ, ὡς εἰσέτι καὶ νῦν πολλοῦ; τῶν ἀνίτα νοσοῦντων ἰάσθαι, καὶ δαίμονα; ἐλαύνειν εὐληφέναι χάριτι

προσιόντων τῷ μνήματι, οὐ μόνον παρ' οἷς ἐτίθα-
 πτο πρότερον Κυπρίοις, ἀλλὰ καὶ παρὰ Παλαιστι-
 νοῖς, οἷς ἐπαγένετο ὑστερον. Ἐπεὶ γὰρ ἐν Κύπρῳ
 διατριβῶν ἐτελεύτα τὸν βίον, ταφῆ μὲν ἐδίδοτο, καὶ
 διὰ πολλῆς παρ' αὐτοῖς ἤγετο τῆς τιμῆς· ἔπειτ'
 Ἰσάχας δὲ τῶν ἐκεῖνου φοιτητῶν περιφανέστερος
 ἐγεγένετο, τέχνη τὸν ἐκεῖνου κλέψας νεκρὸν, εἰς τὴν
 ἐν Παλαιστίνῃ αὐτοῦ μὴν ἤγαγεν. Ἐξ ἐκεῖνου τε
 τοῦ χρόνου τοῖς ἐπιχωρίοις ἔθους κρατήσαντος, δη-
 μοταλῆς ἢ ἐκεῖνου ἀγεται μνήμη. Οὕτω γὰρ οἱ ἐν
 Παλαιστίνῃ τοὺς παρ' αὐτοῖς εὐδοκίμους ἀνδρας
 γεραίρειν εἰώθασιν· ὡς περὶ δὴ καὶ ἐπὶ Ἀβρίλλῳ τῷ
 ἔξ Ἀνθηδόνης ποιούσι, καὶ Ἀλεξίῳ τῷ ἀπὸ Βη-
 θαγάθωνος, καὶ Ἀλαφίῳ τῷ ἀπὸ Ἀσαλίας· οἱ
 κατὰ τὸν ἴσον γενόμενοι χρόνον, θεοφιλεῖς τε ἐπολι-
 τεύσαντο, καὶ τῆ τῶν ἀρετῶν περιουσίᾳ εἰς μεγί-
 στην ἐπίδοσιν τὴν εὐσεβῆ θρησκείαν ἐπιδοῦναι
 ἐποίησαν, ἐν Ἑλληνιστοῖσι σφόδρα ἀγωνιζόμενοι
 πόλει ἐπὶ τῆς παρουσίας ἡγεμονίας. Τηνικάδε καὶ
 ἐν Ἐδέσῃ Ἰσαγγέλιῳ καὶ διηκριβωμένῃ τῇ πολι-
 τείᾳ καὶ Ἰουλιανὸς ὁ μέγας ἐπιλοδοῖται. Τοσοῦτον
 δ' ἦν ἐκεῖνῳ τὸ ἐγκρατὲς, ὡς ὅσα σαρκῶν δίχα
 δέριματι συνειρημένα δοκεῖν ἔχειν· οὐ καὶ τὸν βίον
 Ἐφραῖμ ὁ Σύρος σπουδῆν ἀφηγήσεως ἐποίησατο.
 Θεὸς δὲ τῆ τῶν ἀνθρώπων δόξῃ ἀνωθεν ἐπ' αὐτῷ
 τὸ κῦρος ἐδίδου· ἰάσεις γὰρ ποικίλων νοσημάτων
 ἐπεχορήγει, καὶ κατὰ δαιμόνων κράτος παρῆγεν.
 Ἐν δ' ἦν ἐπὶ πάσῃν ἐτοιμον φάρμακον ἢ εὐχῆ.
 Πλλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι ἀνὰ τήνδε τὴν χώραν τὴν κατὰ
 Χριστὸν φιλοσοφίαν ἠσπάζοντο, ἐπὶ τε τὴν Ἀρίθην,
 καὶ ὃ καλεῖται ὄρος Γαυγάλιον, ὧν ἡγεμόνες ἦσαν
 Δαγίη τε καὶ Συμεὼν. Τάδε μὲν οὖν καὶ περὶ τῶν
 ἐν Συρίᾳ μοναχῶν εἰρήσθω· Θεοῦ δὲ βουλομένου,
 πλατύτερον εἰς τὸ πρόσω περὶ αὐτῶν καὶ τῶν μετ'
 αὐτοῦ καὶ αἰθίς ἐροῦμεν.

præsentia sint dicta : Deo autem volente, fusius etiam postea et de eis, et de eorum successoribus dicemus.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

*Περὶ τῶν ἐν τῷ Πόντῳ καὶ Ἐνδρώπῃ καὶ Ἰταλίᾳ
 μοναχῶν, ἐν ᾧ καὶ περὶ Εὐσταθίου τοῦ Σεβασ-
 τείας, ὡς ἀρχηγὸς τῶν τοιούτων κατέστη· καὶ
 περὶ τοῦ ἁγίου Ἐφραῖμ.*

Ἐν γε μὴν Ἀρμενίοις Παφλαγόσι τε καὶ τοῖς
 περὶ Πόντον ὄρεσι τῆς κατὰ Θεὸν φιλοσοφίας ἀρξαι
 Εὐστάθιον λόγος, ὃς τῆς ἐν Σεβαστείᾳ Ἀρμενίας
 τῶν ἱερῶν ἠγήσατο. Τοσοῦτον δὲ φασιν ἐκεῖνον
 σπουδαίως ἀγωγῆς ἀψάσθαι, καὶ διαίτης, καὶ ἐσθῆ-
 τος, ἧ δεῖ κεχρησθαι καὶ μὴ, ἠδὼν τε πολιτείας
 ἠκριβωμένης, ὡς καὶ τὴν βίβλον ἢ Ἀσκητικῆ ἐπι-
 γέγραπται Βασιλείου τοῦ μεγάλου, τοῦτου σύγ-
 γραμμα εἶναι διατεθρῦλληται τοῖς πολλοῖς. Ἐλέγετο
 δὲ ὡς τῆς πρὸς λεπτὸν ἀκριθείας χάριν καὶ εἰς
 ἀτόπους ἐξοικελαὶ παρατηρήσεις, μὴ τῷ ἐκκλησια-
 στικῷ κανόνι συμβαλλομένης. Εἰσὶ δὲ οἱ αὐτὸν ἐξαι-
 ροῦσι μέμψεις· τῶν τινὰς δὲ αὐτοῦ φοιτητῶν
 αἰτιῶνται, οἱ δὲ ἀπηγόρευον ἐν συζηταίς ἐξεταζο-
 μένων ἀνδρῶν οἴκοις εὐχὰς πράττειν· εἰ οὐ καὶ
 πρεσβύτεροι ἦσαν, οὐδὲ λόγου τούτους ἤξιον. Ἐνή-
 στερον δὲ καὶ τὰς κυριωνύμους τῶν ἡμερῶν· καὶ

A porro virtute charus Deo factus est, ut hodie quo-
 que pro data sibi gratia multi a morbis incurabi-
 libus liberentur, et dæmones ab eis profugiant,
 qui ad monumentum ejus accedunt, non tantum
 apud quos prius sepultus fuerat Cyprios, verum
 etiam apud Palæstinos, ad quos postea pervenit.
 Cum namque in Cypro degens vitam finisset, tra-
 ditus sepulturæ, magno ibi cultus est honore.
 Postea Hesychas, ex discipulis ejus celeberrimus,
 corpus ejus arte quadam sublatus, ad domicilium
 ejus in Palæstinam detulit. Ab eo tempore, more
 ejus regionis sic obtinente, publicitus memoria
 ejus celebratur. Ita namque Palæstini præclaros
 apud se viros cohonestare solent. Sicuti etiam in
 Abrillo Anthedonio faciunt, et in Alexione Betha-
 gathonio, et in Alaphio Asaliensi : qui eadem ipsa
 ætate pie vitam exegere, et virtutum abundantia
 maximopere veræ pietatis religionem adauxere, in
 urbibus maxime quæ Græcæ essent superstitionis,
 sub Constantii imperio decertantes. Tum etiam apud
 Edessam accuratiore et angelico vivendi more
 magnus ille Julianus est philosophatus : cujus
 tanta fuit continentia, ut ossa carnibus carentia
 cuti constricta habere videretur. Vitam ejus
 Ephraim etiam Syrus conscribendam sibi esse
 duxit. Porro Deus ipse hominum opinionem de eo
 cœlitus auctoritate sua confirmavit : nam et 709
 variarum ægritudinum sanationes homini præbuit,
 et pellendorum dæmonum potestatem exhibuit :
 in quibus omnibus unum erat promptum et expe-
 ditum remedium, precatio. Multi vero et alii per
 Edessenam regionem, et apud Amidam, et ad
 montem Gaugaliū, qui dicitur, Christianam phi-
 losophiam sunt complexi : quorum præfecti erant
 Daniel et Symeon. De monachis Syris hæc in
 etiam postea et de eis, et de eorum successoribus

CAPUT XVI.

*De monachis Ponti, Europæ, et Italiæ, et inibi de
 Eustathio Sebastie episcopo, qui auctor et antesi-
 gnianus eorum fuit; item de sancto Ephraim.*

Apud Armenios vero et Paphlagones, atque in
 Ponti montibus, monasticam philosophiam colere
 primum cœpisse Eustathius fertur, qui Sebastie
 Armeniorum sacris Ecclesiæ rebus præfuit. Tanto
 autem studio consecutus esse dicitur institutum,
 vitam, vestitum (quo scilicet utendum esset, et
 quo non) morumque exactum modum, ut etiam
 qui Basilio magno ascribitur liber, et Asceticus
 dicitur, opus istius esse, a multis feratur. Vulga-
 tum porro de eo est, nimis eum exacta cura et
 diligentia in absurdas quoque impigisse observa-
 tiones, ecclesiastico canonî minime accommo-
 datas. Sunt tamen qui eum reprehensioni eximunt,
 et quosdam ex sectatoribus ejus eo nomine incu-
 sant. Nam illi precationibus, in domibus virorum
 qui in matrimonio viverent, etiamsi presbyteri
 essent, operam dare recusarunt, eosque nec allo-

quid dignati sunt. Diebus quoque Dominicis jejunia A
 servarunt, et conventus ecclesiasticos ut plurimum
 domi egerunt. Locupletes extorres prorsus regno
 cœlorum esse duxerunt. Qui vel semel carnes
 edissent, eos repudiarunt. Vestitum monachorum
 aliorum consuetum rejicientes, novo atque insolito
 amictu sunt usi. Sed et alia multa novarunt. Ab
 iis multæ non obscuro loco natæ feminæ seductæ,
 sub continentie prætextu, maritos suos quibus
 adolescentulæ nupserant, reliquere. Postea autem
 cum continere se non possent, in libidinis lubri-
 cum sunt conjectæ. Fuere ex eis quæ capillo cæso,
 quod mulieribus fas non est, virilem habitum sum-
 psere. Horum gratia ab episcopis finitimis Gan-
 grensis apud Paphlagones synodus coacta est: **710**
 in qua decretum, ut ab Ecclesia catholica illi ex- B
 cluderentur, nisi ea quæ diximus omnia anathemate
 confodere animum induxissent. Quapropter Eusta-
 thius ut oslenderet, non importnni aut præfracti
 moris causa, sed pietatis erga Deum exercendæ
 gratia, se ejusmodi leges tulisse, vestem insolitam
 mutavit, et habitu eodem quo reliqui sacerdotes
 deinceps usus, itidem ut illi in publicum est pro-
 gressus. Et cum vita talis esset, sermonem quoque
 congruentem ei habuit, non ille quidem eloquentia
 pollens, quam exactiore cura et diligentia non di-
 dicerat, moribus autem admirandis utens, facile
 multos persuasione sua quo volebat duxit: adeo
 ut viros quosdam et mulieres in fornicatione de-
 gentes castiorem exactioremque vivendi rationem
 sequi persuaserit. Ferunt sane, virum quemdam C
 et mulierem per prætextum ecclesiastico more cæ-
 libatum colere assimulasse, eodemque in claudes-
 tinæ consuetudinis infamiam decidisse. Eusta-
 thium porro magnopere persuadere eis animum
 esse, ut congressu ejusmodi supersederent. Cum
 autem nihil efficeret, altius suspirio ducto, dixisse,
 plerasque mulieres quæ cum viris suis secundum
 matrimonii leges, ut fas est, vixissent, ab eorum
 virorum convictu oratione sua adductas descivisse,
 castitatemque complexas esse: apud hos autem
 qui inter se contra leges consuessent, inefficacem
 orationis suæ suadellam esse. Atque hic quidem in
 eis orbis partibus summi instituti absolutæque phi-
 losophiæ dux et auctor fuit. In Europa autem per D
 Thraciam et Illyricum, etiamsi homines monasti-
 cam consuetudinem ad id usque tempus ignora-
 rent, non omnino tamen viris Christianæ philoso-
 phiæ peritis regiones istæ caruere. Floruit apud
 hos Martinus ille, qui Sabariam Pannoniæ patriam
 habens, cum generis tum militiæ splendore adeo
 clarus fuit, ut honores etiam militares sit meritis,
 et ordines duxerit. Sed illæ Cesarianam divine
 militiæ posthabuit. In Illyrico primum philosophan-
 tus: atque inde variis persecutionibus et insidiis
 expetitus, secedere est coactus. Multos namque ex
 episcopis, qui Ariti contagionem conceperant, ma-
 nifesto deprehensus coarguit. Ac deinde Mediolani
 solus vixit. Unde Auxentii, ejus urbis episcopi non

τὰ ἐκκλησίας ἐν οἰκίαις ὡς τὰ πολλὰ ἐποιούοντο.
 Ἀμοίρους δὲ τοὺς πλουτέω βριθοντας τῆς οὐρανῶν
 βασιλείας ἐνόμιζον. Ἀπηξίου δὲ καὶ τοὺς κρέας
 καθάπαξ ἔσθιοντας. Καὶ τὴν μὲν ἐπιχώριον μονα-
 χοῖς στολὴν παρητοῦντο· ξένη δὲ καὶ ἀθήει ἐχοῦντο
 ἀναβολῇ. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐνεωτέριζον, ὅφ' ὧν
 πολλὰς τῶν εὐ γεγονότων ἀπατηθείσας γυναῖκας
 ἀκρατείας προφάσει τοὺς ἀνδρας καταλιπεῖν οὐς ἐκ
 νέου ἠγάγοντο· ὕστερον μὲντοι μὴ δυνηθείσας
 φυλάττειν, ὀλίσθω περιπεσεῖν. Ἦσαν δ' ἐκ τούτων
 αἱ τὰς τρίχας περιελοῦσαι, μὴ καθὰ γυναῖξι θέμις,
 ἀλλ' ὡς ἀνδρες τὰς ἀναβολὰς εἶχον. Δι' οὐς καὶ τὴν
 ἐν Γάγγρα παρὰ τῶν περιοίκων ἀθροισθῆναι σύνοδον
 λόγος κατὰ τὴν Παφλαγῶνων· καὶ ἀπαλλοτριῶσαι
 τῆς καθόλου Ἐκκλησίας, εἰ μὴ γ' ἕκαστον τῶν εἰ-
 ρημένων ἔλοινο ὑπὸ ἀνάθεμα θεῖναι. Ὁπνηῖα
 δὴ λόγος καὶ Εὐστάθιον, ἐπιδεικνύμενον ὡς οὐκ αὐ-
 θαδεῖας ἐνεκα, ἀλλὰ τῆς κατὰ Θεὸν ἀσκήσεως χάριν
 τὰ τοιαῦτα ἐνομοθέτει, τὴ ἀθρες τῆς στολῆς ἀμεί-
 ψαι, καὶ συνῆθει ἀναβολῇ, ἦν καὶ τοὺς λοιποὺς ἱε-
 ρείας ἀμφεννυσθαι, γρήσασθαι, καὶ τὰς προόδους
 ἐπίσης ἐκείνοις ἐλέσθαι ποιεῖν. Τοιοῦτος δὲ ὧν τὸν
 βίον, καὶ τὸν λόγον σύνοδρομον εἶχεν· οὐ μὲντοι
 δεινός τις λέγειν πάλιν ἦν, ὅτι γε μὴδὲ τὴν τούτου
 ἐπιτετήμην ἠκρίβωτο· ξενίζων δὲ τὸ ἦθος, τῇ πει-
 θοῖ τοὺς πολλοὺς ἤγεν, ὡς καὶ τινος τῶν τε ἀνδρῶν
 καὶ γυναικῶν πορνεία συζῶντας πείσαι τὸν σώφρονα
 καὶ ἠκριβωμένον βίον ἀσπάσασθαι. Καὶ δὴ φασὶ
 τινος ἀνδρα τε ὁμοῦ καὶ γυναῖκα, κατ' ἔθος ἐκκλη-
 σιαστικὸν παρθενίαν ἀσχεῖν ἠρημένους, οἱ κρύφα
 εἰς ἐν συνίεσαι διαβολὴν ἔσχον, περὶ πολλοῦ ποιῆσαι
 σχολάσαι τῆς ἐς ταυτὴ συνέλευσεως· μηδαμῶς δὲ
 δυνηθέντα, μέγα στενάχζαντα ἀνειπεῖν, ὡς μὲν κατὰ
 νόμους ἀνδράσιν ἡ θέμις ἐστὶ συνοικοῦσαι γυναῖ-
 κας, τῆς πρὸς ἀνδρας συνουσίας ἀπέστησαν, τοῖς
 ἐκείνου λόγοις ἐλόμμεναι σωφρονεῖν· οἱ δὲ μὴ κατὰ
 νόμον συμβαίνει τὴν ὁμιλίαν εἶναι, ἀσθενῆ γε τὴν
 ἐκείνου τῶν λόγων πειθῶ διελέγγεσθαι. Καὶ οὗτος
 μὲν ἐν ἐκείνῳ δὴ τῷ κλίματι τῆς εἰς ἄκρον πολι-
 τείας καὶ φιλοσοφίας ἀρχηγός κατέστη καὶ ἡγεμῶν·
 περὶ δὲ τὴν Εὐρώπην, ἀνά τε Θράκην καὶ Ἰλλυρία
 γῆν, μοναστικῆς μὲν συνοικίας εἰς τόδε ἀπειρατοί
 ἦσαν· οὐ μὴν παντάπασι ἀνδρῶν φιλοσοφεῖν εἰδό-
 τας ἀμοίροι καθειστέχισαν. Διέπρεπε δ' ἐν αὐτοῖς
 Μαρτῖνος ἐκείνος, ὃς Σχωρίαν τῆς Παννονίας εἶχε
 πατρίδα. Διάσημος μὲν τὸ γένος, λαμπρὸς δὲ περὶ
 ὄπλα καὶ στρατεῖαν ἐγένετο, ὡς καὶ τῶν ἐν τούτοις
 γερῶν μετασχεῖν. Ἀντὶ δὲ Καίσαρος τὴν στρατεῖαν
 προὔτθει Θεοῦ. Ἐν Ἰλλυριοῖς δὲ πρῶτα φιλοσοφῶν
 ἦν. Ἐξηλάθη δ' ἐκεῖθεν, διαφόρως τυπηθεὶς τε
 καὶ ἐπιβουλεύθεις, πολλοὺς τῶν ἐπισκόπων φωρά-
 σας τὴν Ἀρείου λύμην εἰσδεξαμένους. Ἦσαν δ' εἰς
 Μεθόλωνα, διῆγε καὶ ἑαυτόν. Αὐξεντίου δὲ τοῦ τῆς
 πόλεως ἐπισκόπου τὴν ἐπιβουλήν δεύσας, οὐχ ὑγιῶς
 τοῖς κατὰ Νίκαιαν δεδογμένοις ἔχοντος, ἀνεχώρει
 αὐθις, καὶ εἰς τινὰ νῆσον μετώκει, ἣ ἐγχωρίως ἐλέ-
 γετο Γαληναρία. Ῥίζαι δὲ μόναι βοτανῶν ἦσαν
 αὐτῷ ἡ τροφή. Ἦ δὲ νῆσος πᾶν σμικρὰ καὶ ἄσικος,
 πρὸς τὸ Τυβήνηκον πέλαγος ἀποβλέπουσα. Ἐξ ἧς

ληφθεὶς, τῆς ἐν Ταρακηναῖς ἐκκλησίας τὴν ἐπιτροπὴν ἔσχεν. Ἐπὶ τούτων δὲ τοῖς θεοῖς ἐναγλατισθῆναι δῶροιο, ὡς καὶ νεκροὺς παρέχειν τὸ ζῆν. Τέρατα δὲ καὶ σημεῖα πλείστα ἐπιτελέσαι, οὐ παρὰ πολὺ τῶν ἀποστολικῶν ἀποδείοντα. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καὶ χρόνον καὶ τόπον συνακμάσαι καὶ Ἰλάριον λόγος ἔκεινον, θεῖον τινα ἄνδρα, ὃς ὀπηνίκα φεύγοι Μαρτίνου, τῶν Ἰσων καὶ αὐτὸς ἔκινῶναι κακῶν, ἅτε δὴ ὑπὲρ τῆς πίστεως τοῦ Ἰσου ζήλου μετέχων. Τῆς Ποικιτάδων δ' ἐκκλησίας καὶ οὗτος ἠγήσατο. Παρ' Ἰταλοῖς δὲ καὶ τοῖς ἐπέκεινα τόποις Εὐσέβιος καὶ Λουκίφερ διέπρεπον ἐπ' ἀρετῇ πατρῶν λόγων, μηδενὶ τῶν Ἰσων τόπον ἔδωκεν. Ἰλάριος δὲ καὶ περὶ πίστεως καὶ κατὰ τινὰς ἀλλότρια τοῦ ὑγιούς δοξάζοντας δόγματο; λόγους πολὺ τὸ ἐπαγωγὸν προβληθέντων ἐξέδοτο. Ὁ δ' Εὐσέβιος καὶ τῆς ἐκκλησίας Βρεκίλων πρόσστη. Λουκίφερ δὲ, ὡς μικρὸν ἐμπροσθεν ἐροῦμεν, καὶ ἐπινύμου αὐτῷ πρόσστη αἰρέσεω;. Ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ Φλαυτιανὸς καὶ Παυλῖνος, οἱ μετὰ ταῦτα τὸν τῆς Ἀντιοχείας θρόνον ἦσαν διανειμάμενοι· οὗς δὴ καὶ Λεόντιος, ὡς μὴ ὁμοδοχοῦντας ἔκειν, καθέλει. Οὗτοι δ' ἦσαν οἱ Εὐσταθίῳ τὴν μεθόριον ἀπαγομένῳ συνείποντο. Ὁς τῶν Ἰερῶν τῆς Ἀντιοχείας φροντίδων, μᾶλλον δὲ ἅλης τῆς εὐσεβείας, οὐδὲν ἠνέσχετο τοῖς καιροῖς ἑκείνοις συγκαπηλεύσασθαι. Τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ καὶ Ἐφραῖμ ὁ Σύρος πολλῶν πάντας παραλαύνων τῷ μίση ἀνεγνωρίζετο· ὃς Νίσιβιν μὲν εἶχε πατρίδα· τὴν κατὰ μοναχοὺς δ' ἀσκητικὴν φιλοσοφίαν, ἐξαπίνης κατὰ τὴν Σύρων φωνὴν τοσοῦτον ἐπέδωκε, καὶ τούτα μῆτε προδιδραχθεὶς, μῆτε ἐκ τινων συμβόλων ὑπέσχεσιν δοῦς τοιοῦτος φανεῖσθαι, ὡς τῇ μὲν ἀσκήσει ἐς ἄκρον ἰκέσθαι τῆς θεωρίας, τῷ δὲ λαμπρῷ καὶ προχέριμ καὶ ἡδεῖ τοῦ λόγου καὶ τῷ τῶν νοημάτων πυκνῷ τε καὶ σώφρονι καὶ τοῖς πάσαις ποτὲ παρ' Ἑλλήσιν εὐδοκίμηκῶτα; ὑπερβαλέσθαι. Καὶ γὰρ πως ἑκείνων εἰ τις εἰς Σύρων τυχὸν ἢ γλυῦσσαν ἑτέραν μεταβάλλειν αἰροῖτο τῶς συγγραφὰς, καὶ τὴν ἐπανθούσαν χάριν τῶν Ἑλληνικῶν κερυκευμάτων ἀφέλοιτο, καὶ τὴν ἐπιχρῶζουσαν τεροβρίαν καὶ γοητείαν τῶν λέξεων, αὐτίκα πρόδιγλον τὸ τῶν νοημάτων οὐκ εὐγενὲς, τῆς κομμωτικῆς εὐθύς χάριτος ἀποβρέουσης. Τοῖς γε μὴν λόγοις Ἐφραῖμ ἄλλω; ἔχει· καὶ γὰρ ἕως οὗ περιῆν καὶ ἐξῆς, εἰς τὴν Ἑλληνίδα γλώτταν τῶν ἑκείνου λόγων ἀλλοιούμενων, οὐ πάνυ πόρρω τῆς ἐνοικουρούσης ἀφίστανται ἀρετῆς. Θαῦμα δ' ἐστὶ τοῖς ἀκούουσι, καὶ Ἑλλήν καὶ Σύρο; ἀναγινωσκόμενοι· διὰ τοι καὶ ὁ πολὺς ἐν λόγῳ καὶ ἀρετῇ Βασίλειος, ὁ τὴν Καππαδοκίαν κατακοσμήσας μητρόπολιν, ὑπερφυῶς τὸν ἄνδρα ἐθαύμασε, καὶ τῆς παιδείας μακάριον ἤγηται. Ὡς δὴλον εἶναι τῇ ἑκείνου ἀκριβεῖ μαρτυρίῳ, καὶ κοινῇ παρὰ τῶν ἐν λόγοις θαυμαζομένων Ἑλλήνων τηρικῶτα, πάντων ἑλλογιμώτερον τῶν

A recte de Nicænis decretis sentientis, insidias veritus, discessit : et se in insulam quamdam, **711** quæ vernaculo nomine Galinaria (1) dicebatur, addidit. In hac alimento radicum herbarum vixit. Insula autem ipsa exigua admodum est, et ædificiis carens, Tyrrenum respiciens mare. Atque inde abductus, administrationem ecclesiæ Taracenensis vel potius Turonensis suscepit. In tantum vero divinis resplenduit donis, ut et mortuos in vitam restituerit, prodigiaque et miracula plurima, quæ non multum ab apostolicis abessent signis, ediderit. Eodem et tempore et loco simul quoque Hilarium ille viguit, vir divinus, qui cum Martinus profugeret, eamdem sustinuit fortunam : quippe qui eodem cum illo ardore in fidem ferretur. B Hic Pictaviensem gubernavit Ecclesiam (2), atque de fide, et adversus quosdam qui alienas a sana doctrina afferrent opiniones, libros ad persuadendum valde appositos, condidit. Apud Italos sane et in locis ulterioribus enitueret Eusebius et Lucifer, patriæ eloquentiæ vi alios omnes antecellent. Eusebius etiam ecclesiæ Vercellensi præfuit : Lucifer vero, sicuti paulo post dicemus, nominis sui heresi præiit (3). Præterea Flavianus et Paulinus clari tum fuere, qui postea Antiochenæ ecclesiæ res administravere : quibus etiam Leontius, quod sententiis ab eo discordarent, episcopatum abrogavit. Ii sunt, qui Eustathio in exilium deportato comites fuere ; qui sane nihil prorsus temporibus illis, de sacris Antiochenæ Ecclesiæ curis ac potius de tota sinceriore pietate vitari sustinuit. Eadem hac ætate et Ephraim Syrus præclarus fuit, qui quidem longo intervallo omnes præcessit. Hic Nisibim patriam habuit, et in monachorum philosophia exercitatus, brevi tantum in lingua Syrorum, cum quidem eam prius ab aliis non didicisset neque specimen aliquod aut spem, talem eum fore, præbuisset, profecit, ut cum pietatis exercitio ad summum contemplationis pervenerit, tum splendore, facilitate et suavitate verborum, necnon densitate et gravitate sententiarum, etiam præclarissimos quosque Græcorum, qui eloquentia antiquitus excelluissent, superaverit. Etenim si quis illorum Græca scripta in Syrorum forte aut aliorum peregrinam linguam transferret, et florentem illam Græcorum ornamentorum gratiam, decentemque nitorem et succum verborum detraheret, **712** illico quoque ascitiliis coloribus deficientibus, sententiarum obscuritas sese probebat. At Ephraim longe alia erat ratio. Nam cum eo adhuc superstite, atque etiam defuncto, postea libri ejus in Græcam linguam converterentur, non longe admodum a propria et nativa decederent virtute. Mirum quidem auditu est, eundem et

(1) In mari Tusco contra montes Lygusticos sita.

(2) Divus Hilarius conjux fuit :

*Non nocuit tibi progenies, non obstitit uxor,
Legitimo conjuncta thoro, non horruit illa*

*Tempestate Deus thasmos, cunabula, tædas.
Sola erat in pretio, quæ nunc incognita virtus
Sordet, et attrito vivit cum plebe cucullo.*

(Bapt. Mantuanus.)

(3) Quæ et Homonymianorum dicta.

Græce et Syriace legi. Quam ob causam magnus A ille et oratione et virtute Basilus, qui Cappadocum metropolim episcopatu suo exornavit, summopere virum est admiratus, eundemque eruditionis nomine beatum censuit. Ut tanti viri tam certo testimonio manifestum sit, communiter quoque a Græcis, qui tum clarum in eloquentia obtinere nomen, præstantissimum omnium Ephraim iudicatum esse. Vox sane Basilii talis non temere prolata esse existimanda est. Dicitur autem divinus Ephraim trecentas versuum myriades conscripsisse. Multi quoque ei fuere discipuli, qui institutionem et philosophiam ejus sunt æmulati: in quibus celebriores sunt Abbas, Zenobius, Abraham, Maran, et Symeon, apud Syros ingenti gloria viri: et alii quibuscum præterea hunc vitæ modum illi communicaverunt. In locis vero eisdem, facundia maxime præstantes, Paulonas et Anarad exstiterunt: qui deinde lapsi, sana excidere fidei doctrina. Alii insuper apud Osroenos fuere, eodem præclari modo, Bardesanes, et filius ejus Harmonius. Et pater quidem nominis sui hæresim instituit: filius autem Græcis disciplinis satis eruditus, patris vocibus legitimis modis musicisque numeris inclusis ordine circulari in choro eas cani instituit, quos ex eo tempore hucusque Syri psallentes usurpant: non illi quidem carminibus ipsis sicuti ab illo sunt prodita, sed sonis tantum eorum utentes. Nam ille ad paternam delapsus hæresim, eademque cum Græcis de animæ generatione et corporis interitu, necnon de futura regeneratione opinatus, lyricis modulis doctrinas ejusmodi aspersit. Quibus multi ex Syris propter verborum venustatem et sonorum numeros demulsi, paulatim opinionibus talibus recipiendis sunt assuefacti. Cæterum divus Ephraim ea re cognita, quamvis Græcarum artium expertus, Harmonii numeros moderatus est: atque ejusdem modulis, carminibus ecclesiasticæ sententiæ consonis, adjectis, Syris ad hoc usque tempus ea canenda dedit. **713** Nam divinos hymnos plurimos, quibus Deum in primis celebrat, et laudes præterea virorum qui instituto Deo placere canit, ad Harmonii carminum leges composuit: a quibus, ut equidem puto, per æmulationis ardorem, posteriores ecclesiæ cantores modulorum formulas mutuati, magis etiam atque magis augere atque propagare eas sunt aggressi. Qualis igitur is sermone fuerit, vel ex hoc ipso conjicere licet. Vita vero ei valde exacta, et bonis operibus spectata fuit. Quietem etiam multo studio est sectatus. Et propter morum castitatem tantopere calumnias devitavit, ut fere a conspectu mulieris prorsus abhorruerit. Fertur sane, cum mulier quædam nulla prorsus vitæ disciplina, et pudore nullo, in argusto admodum loco ei obvia facta, sive consulto veluti virum tentatura, seu ab aliis ut hoc faceret mercede conducta, oculos sine intermissione in eum conjiceret, increpans in terram eam prospicere jussisse, illamque respondisse. Sed

Ἐφραὶμ κριθῆναι, μηδὲ γὰρ ἂν ὡς ἔτυχε τὴν Βασιλείου φωνὴν λογιζέσθαι. Λόγος γε μὴν τὸν θεῖον Ἐφραὶμ τριακοσίας μυριάδας ἐπῶν συγγράφαι. Πολλοὶ δὲ καὶ φοιτῶντες ἦσαν αὐτῷ κατὰ ζῆλον παιδεύσεως καὶ φιλοσοφίας· ὧν ἐπίσημοι τούτω γεγόνασιν Ἀββᾶ; καὶ Ζηνοῦδιος, Ἀβραάμ τε καὶ Μαρὰν καὶ Συμεῶν, Σύριοι μέγα κλέος ὄντες, καὶ ὅσοι ἐπ' ἀκριβὲς τῆς ἐκεῖνων μετέσχον παιδεύσεως· ἐν ἰσοῖς δὲ τόποις αὐτοῖς, καὶ ἐπὶ εὐγλωττίᾳ μάλιστα, Παυλωνᾶς τε καὶ Ἀναράδ, οὓς ὀλισησάμενος λόγος ἐς ὑστερον καὶ τῆς θείου πίστεως ἐκτραπῆναι. Καὶ ἄλλοι δ' ἐν Ὁσροηνοῖς ἐγένοντο, τὸν ἴσον τρόπον ἐλλόγιμοι· Βαρθιθάνης τε καὶ ὁ παῖς Ἀρμόνιος, ὧν ὁ μὲν τὴν ἐπώνυμον συνεστήσατο αἵρεσιν· ὁ δὲ παῖς ἀποχρώντως διὰ τῶν Ἑλληνικῶν λόγων ἀχθεῖς, μέτροις νόμων καὶ μουσικῶν ῥυθμῶν τὰς πατρῶεις ὑπῆγε φωνὰς, καὶ κατὰ κύκλον ᾄδειν χοροῦ παρείδου, ὅσα καὶ νῦν ἐξ ἐκεῖνου Σύριοι ἔχοντες ψάλλουσι· πλὴν οὐκ αὐτὰ ἐκεῖνα ὡσπερ ἐκεῖνο; ἐξέθετο, μόνους δὲ τοῖς μέλεσι χρώμενοι. Τῆς γὰρ πατρικῆς αἵρέσεως μετασχὼν, καὶ ἐπίστη, Ἑλλῆσι περὶ γενέσεως ψυχῆς καὶ φθορᾶς σώματος, καὶ τῆς ἐσομένης παλιγγενεσίας δοξάζων, τοῖς ὑπὸ λύραν μέλεσι τὰς τοιαύτας δόξας ὑπέσπειρεν· οἷς οἱ πολλοὶ τῶν Σύρων κατακλιούμενοι, ἡρέμα πως προσειθίζοντο τὰς τοιαύτας δόξας προσέειπαι ὑπὸ τοῦ κάλλους τῶν ὀνομάτων καὶ τοῦ τῆς μελωδίας ῥυθμοῦ. Ὁ τοίνυν θεῖος Ἐφραὶμ τοῦτο συνεγνωκῶς, καίπερ Ἑλληνικῆς παιδείας ἀμοιβὸς ὧν, τοῖς μέτροις Ἀρμονίου ἐπισταθείας, καὶ τοῖς ἐκεῖνου μέλεσι συμφώνους ᾠδὰς τοῖς ἐκκλησιαστικῶν δόγμασι παραθέμενος, ἐς δεῦρο Σύριοι παρείδωκε ψάλλειν. Θεῖος γὰρ ὕμνος; πλείστους ἐπένησε, Θεῷ τὸν αἶνον ἀνατιθεῖς· καὶ ἐγκώμια ἀνδρῶν ἀγωγῆ βίου εὐαρετησάντων Θεῷ, κατὰ νόμον τῆς Ἀρμονίου ᾠδῆς· ἀφ' ὧν πρὸς ζῆλον οἶμαι καὶ οἱ μετέπειτα τῆς Ἐκκλησίας μελοποιοὶ τὴν ἀφορμὰς τῶν μελῶν πορισάμενοι, ἐπὶ μᾶλλον αὐξήσαι ταῦτα καὶ ἐπιδοῦναι παρεσκευάσαντο. Ὁποῖος μὲν οὖν τὸν λόγον καὶ ἐκ τούτου συνάγειν ἔστιν· ὁ δὲ βίος αὐτοῦ λίαν ἡκριβόμενος, ταῖς ἀγαθαῖς τῶν πράξεων καλλυνόμενος. Πολὺς δ' ἐπάγαν ἦν αὐτῷ καὶ τῆς ἡσυχίας ὁ ἔρωσ. Σεμνὸς δ' οὐχ ἦττον ὧν, ἐς τοσοῦτον τὰς διαφορὰς ἠύλαβετο, ὡς σχεδὸν καὶ πᾶσαν ἕψιν ἐκτρέπεσθαι γυναικός. Φέρεται οὖν, ὡς γυνὴ παντάπασι τοῦ βίου ἀνάγωγος, καὶ αἰσχύνῃς ὡς πορρωτάτω, ἐπὶ τινι στενωπῷ τῷ Ἐφραὶμ ἀπαντήσασα, ἢ τοῦτο προθεμένη, ἄτε δὴ τοῦ ἀνδρός πειρῶσα, ἢ μισθοῦ ἄλλοις τοῦτο πράττουσα, ἀτενὲς εἰσβάλλειν τὰς ἕψεις αὐτῷ. Τὸν δ' ἐπιτιμήσαντα, εἰς γῆν ὄρᾶν κλεῖψαι. Ἡ δ', Ἀλλὰ πῶς, ἔφη, εἰς γῆν ἐγὼ βλέψω; πολλῷ γὰρ σε δικαιότερον ταύτην ὄρᾶν, πρόδημα ταύτης ὄντα. Ἡ ἐμὲ. Ἐμοὶ δ' ἐκ σοῦ τὴν γένεσιν ἐσχηκίαι, καὶ πρὸς σε βλέπειν εὐλογον. Ἐκεῖνον δὲ ἀγάμενον τὸ ῥηθὲν, γραφῆς ἀξιώσαι· ὁ καὶ Σύριοι ὡς ἐν τι τῶν ἐκεῖνου σπουδαίων λογιζονται. Ὅργῃ δὲ τὴν πρῶτα ἠττώμενος, ἐξ οὗ φιλοσοφεῖν ἤρξατο, μηδ' αὐτῷ θεοθεῖναι θυμῷ κινούμενος. Καὶ δὴ ποτ' ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις, εἰωθὲς

δν, νηστεύων, ἐπεὶ ὁ διακονούμενος τῷ καιρῷ τὸ ὄψον προσέφερε, τὴν χύτραν ἐκλασε, τὸν δ' ἰδόντα αἰδοὶ καὶ δέει συνεσχήμενον, θάρσει, ἔλεγε. Κἄν γὰρ τὸ ὄψον πρὸς ἡμᾶς ἐλθεῖν ἀπηξίωσεν, ἀλλ' ἡμεῖς πρὸς ἐκείνῳ γενοίμεθα. Καὶ περὶ τὰ τῆς χύτρας καθεσθεις, ἔφαγεν. Ἄλλ' ὅπως καὶ τῆς κενῆς δόξης οὐχ ἤττητο, ἐντεῦθεν φανήσεται. Ἐπίσκοπος μὲς τῶν πόλεων ἐψηφίζετο. Ἐπεὶ δ' ἤκον οἱ πρὸς τὸ χειροτονεῖν συλληψόμενοι, ἐκείνος αὐτίκᾳ γνοῦς, ἀνὰ τὴν ἀγορὰν ἰὼν, οἷά τις παραπαίων ἀσέμνως διῆει, αἰσχύνων τὴν ἐσθῆτα τῷ σύρσθαι, παραρπάζων τε τῶν ὀνίων, παρῆρσις ἦσθις. Πόρρω δ' εἶναι δόξας ῥενῶν, διέδρα τὴν σύλληψιν, καὶ ἕως οὗ ἔτερος τὴν ἱερωσύνην ἐδέξατο κρυπτόμενος διεδιδρασκεν. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα πλείστα καὶ λόγου ἄξια ἦ τε περὶ αὐτὸν συγγραφή, καὶ οἱ ἐπιχώριοι καὶ Ῥωμαίων καὶ Σύρων ἱστοροῦσι περὶ αὐτοῦ, ἃ τοῖς βουλομένοις πρόκειται ἐντυχεῖν. Ἐγὼ δὲ, ὁ καὶ ἄξιον μνήμης εἶναι λογίζομαι, τῇ συγγραφῇ παραδώσω, ὁ δὲ αὐτῷ πρὸς τῇ τελευταίῃ γενομένῳ κατῶρθωτο. Σφοδρῶς λιμὸς ἐπόνει τὴν Ἐδεσσηνῶν πόλιν· ὁ δ' ἐν πολλοῖς ἔτεσι τῆς οἰκίας μὴ προελθῶν, τότε τὸ φιλοσοφεῖν ἐν δευτέρῳ θέμενος, προῶν πύλιν ἦν ἐγκείμενος τοῖς περιουσίαν ἔχουσιν, ἅτε δὴ φθειρόμενον τὸ ὄμφυλον εἰς οὐδὲν δέον περιορῶσι σπάνει τῶν ἀναγκαίων, διήλεγχε τε ὡς ἐν δευτέρῳ τιθεμένους τὰς σφῶν ψυχὰς, τὸ δὲ σύμπαν τοῖς σωματικοῖς ἀναλίσκοντας. Οἱ δὲ τὸ φιλόσοφον αἰδούμενοι καὶ ἀπέριττον τοῦ ἀνδρός, μὴ τοῦτ' εἶναι σφοδρῶς διετείνοντο· πρόχειρον γὰρ εἶναι τὰς οὐσίας νέμειν τοῖς ἐνδεδέσιν· ἐν ἀπορίᾳ δ' εἶναι ὡς χρεῶν τοῦ τὰ τοιαῦτα διακονησαμένου· πάντες γὰρ, ἔλεγον, πρὸς κέρδος κεχηγνότες εἶσι, τὰ τοιαῦτα αἰσχροῦς καπηλεύοντες. Ὁ δ' Ἐφραῖμ, Ἐγὼ δὲ ποῖος; ἄρα ὅμιν εἶναι δοκῶ; Τῶν δ' εἰπόντων, Καλὸς τε καὶ ἀγαθός, καὶ τοιοῦτος ὅποσον ἀρμόζειν τῇ περὶ αὐτοῦ δόξῃ· Οὐκοῦν, ἔφη, ὅμιν ἐγὼ ἔτοιμος πᾶσι τοῖς τοιοῦτοις διακομεῖν; Καὶ δὴ ἀποχρῶν ἀρχύριον ἐξ ἐκείνων λαθῶν, τριακοσίας κλίνας ἐπρίατο· καὶ ἐν τοῖς δημοσίοις ἐμβόλοις τοῦς τοῦ λιμοῦ τραυματίας λαθῶν, πᾶσαν θεραπείαν προσῆγε· ξένους δ' ἐπὶ τοῦτοις καὶ ἄλλως ἐνδείξομένους δεξιῶς ἐπεμέλετο. Καὶ τοῦτ' ἐπραττεν ἕως καὶ τῷ λιμῷ ἐμφιλοχωρεῖν ἦν. Ἐπεὶ δ' ἐκείνος ἔληγεν, εἰς τὸ τῆς φιλοσοφίας ἐργαστήριον ἐπανῆλθεν· ἐνθα ὀλίγας ἡμέρας ἐπιβιούς ἐτελεύτα, κληρικῶν διακονίας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀξιώθεις. Ἐν δὲ τῇ κατὰ μοναχοῦς ἀγωγῇ διαβόητος γεγονώς, ἐπίσης τῶν ἐν ἱερωσύνῃ καὶ παιδεύσει, ἀγαθοῦ τε βίου διατεθρῶλληται. Ταῦτ' ὀλίγα ἐκ πολλῶν τῶν τῷ Ἐφραῖμ κατορθωμένων ἐρήθηθι. Πάντα γὰρ τὰ ἐκείνου πρὸς ἀξίαν διελθεῖν, οὐ μὴν δὲ ἄλλὰ καὶ τῶν ἄλλων τῶν τηνικᾶδε φιλοσοφῶντων, ὅπως τε ἐδίω καὶ οἷζ πολιτεία ἐχρήσατο ἕκαστος, δεήσει συγγραφίως οἷος ἦν αὐτός· ἡμῖν δὲ παντάπασιν ἐν ἀμηχάνῳ ἐστὶ τῷ ἀνισχύρῳ τῶν λόγων, καὶ τῇ ἀγνοίᾳ τῶν ἀκριβῶς ἐκείνοις πεπραγμένων. Καὶ γὰρ ἐν ἐρημίαις ὄντες, τὰ πλείστα ἐλάνθανον οἱ πολλοί. Εἰ δὲ τινες καὶ ἐν πόλεσι τὰς διατριβὰς

A quomodo tandem terram ego intnear, cum æquius sit te eam respicere, qui ex ea conditus sis, quam me ortum ex te habentem, proindeque recte te respectantem? Quod mulieris verbum ille admiratus, deinde scripto mandavit. Atque id Syri in primis memoratu dignum ex illius rebus esse censent. Et primum quidem is sæpe ira victus est; posteaquam autem monasticæ philosophiæ incumbere cœpit, nunquam commotus esse visus est. Atque aliquando, cum dies multos pro consuetudine sua, jejunio transejisset, et minister tempore cibum ei afferret, accidit ut is ollam frangeret. Ephraim vero pudore juxta et timore correptum illum videns: Bono, inquit, esto animo. Quandoquidem enim obsonium ad nos venire renuit, nos age ad id accedamus: et ad ollæ fragmenta conedens comedit. Enimvero ut vana etiam gloria superior fuerit, inde liquido patebit. Designabatur urbi cuidam episcopus, et jam qui se ad ordinationem abducturi erant, adveniebant. Ac ipse statim eo cognito, in forum progressus, veluti mente captus indecore gradiabatur, non satis honeste vestem post se trahens, et quæ venalia erant surripiens, propalamque comedens. Sic ille mentis impos existimatus, comprehensionem effugit. Et tantisper dum alius episcopatum reciperet, occultans sese latuit. Plurima sane et alia memoratu digna, et qui de eo conscriptus est liber, et provinciales ejus, Romani simul et Syri, de eo referunt, quæ cuivis cognoscere est proclive. 714 Unum illud sane quam memorabile, historiæ huic inserere visum est, quod ab eo paulo ante mortem est gestum. Fames ingens Edessenorum urbem premebat: atque ipse, qui multos annos non fuerat domo progressus, tum philosophandi studio aliquantum intermisso, prodiit: et in homines locupletes, qui sic turpiter rerum necessariorum inopia, cives suos pereuntis despicerent, acriter est invecus, arguens eos, quod animarum cura neglecta, studium omne in corpore fovendo collocarent. Illi autem integritatem et paupertatem viri observanter veriti, minime id sic esse affirmarunt: facile enim et promptum eis esse, indigentibus facultates distribuere: deesse saltem, qui in eo ministerio, pro eo atque deceret, fidelem se præberet, omnesque lucro inhiare, et talia sæde in quæstum suum vertere, dixere. Tum Ephraim: Ego vero, inquit, qualis vobis esse videor? Et illi: Honestus atque bonus, respondere: et talis prorsus, qui opinioni quæ de eo fertur, vita ipsa respondeat. Itaque, ille ait, paratus sum in ejusmodi omnibus negotiis inservire. Et multo ab eis sumpto argento trecentos paravit lectos: et in publicis porticibus eos qui fame confecti erant, acceptos, diligenter et benigne fovit: advenas quoque, et alios qui inopia affligerentur, humaniter curavit. Idque tantisper fecit, dum fames ibi est grassata. Ea vero depulsa, ipse ad philosophiæ suæ officinam reversus, ibi paucos post dies vita est defunctus.

In Ecclesia clerici ministerium sumpsit. Vita autem monastica percelebris, ex æquo cum iis qui episcopatu, doctrina, et vitæ sanctitate clari sunt, laudatur. Hæc pauca ex multis, quæ ab Ephraim recte pieque facta sunt, diximus. Res namque ejus omnes si pro dignitate earum exponere nos oporteret, aut etiam aliorum qui tum in eodem philosophandi genere elaborarunt, quomodo scilicet eorum quisque vixerit, et quali morum instituto usus sit, qualis ipse fuit, scriptore esset opus. A nobis certe quidem id præstari omnino non potest, cum propter orationis et styli tenuitatem, tum quod res eorum rectissime gestas ignoramus. Nam illorum multi in solis degentes locis, ut plurimum latuere. Quod si nonnulli in urbibus domicilia sua habuere, quod viles esse apparent, et nihil ab aliis differre viderentur, consulto actiones suas celarunt. **715** Nam humana laude repudiata, soloque Deo actorum suorum teste advocato, minime ab hominibus gloriam sunt occupati. Atque equidem de viris qui imperii ejus tempore monasticam philosophiam sunt sectati, et secundum Ecclesiæ leges perfecte et exacte in plerisque Romani imperii locis tum vitam exegere, hæc mihi comperta sunt.

CAPUT XVII.

De Didymo: item de Aetio et Apollinari, hæreticis.

Temporibus autem eis clarus etiam fuit ecclesiasticus scriptor Didymus, scholæ sacrarum disciplinarum Alexandriæ præfectus. Neque vero laudem in ea eruditione tantum meritum fuerat, verum etiam omne genus alterius sapientiæ summo exculterat studio. Poeticam namque et oratoriam perfectissime didicerat; de astronomia autem et geometria, numerorumque proportionibus et convenientiis nihil eum latebat. In diversas philosophorum opiniones tanta incubuerat, ut eas exacte perdisceret, cura, ut præterea aliud nihil scire videretur: quæ sane omnia acumine mentis et auditionis perceperat. In pueritia namque visum prorsus amisit, cum elementa prima discenda ei essent. Ephebus vero artium liberalium eruditionem adamavit, atque in scholis præceptores audiebat tantum. Eo vero sapientiæ brevi pervenit amplitudine et celeritate ingenii, ut mathematicarum artium obscura, et theorematum speculationumque arcana exactissime addidicerit. Et cum cæcus esset, litterarum notitiam manuum contrectatione assecutus esse dicitur: nam earum formas in tabula altius exsculptas, sæpius tangendo cognovit. Alia porro, ut syllabas, litterarumque connexiones, et quæ ordine consequuntur cætera, propter naturæ acumen, animo et auditu pervestigata percepit. Principiumque ipse miraculum fuit, cum audiretur et conspiceretur. Multi quidem vel ut virum cum tantum viderent, vel ut suavem gratamque ejus orationem audirent, Alexandriam venerunt. Pro Nicænis vero decretis pugnans, Arianis restitit, eosque orationis suæ suadels, **716** quam vi nulla adhibere videbatur, pressit. Et ad eos qui secum disputabant, verba faciens, rerum controversarum judicium detulit. Et cum ad morem gerendum et cedendum facilis, tum orthodoxis eo nomine charus maxime fuit. Nec ab his tantum, sed etiam a monachis Ægyptiis magno honore cultus est. Præ-

ἔποιοῦντο, ἀλλὰ γε τῷ τοῦ φαινομένου εὐτελεῖ, καὶ τῷ μηδὲν διαφέρειν τῶν πολλῶν δοκεῖν, κλέπτουτες ἤσαν τὴν ἐργασίαν, τὸν ἐξ ἀνθρώπων ἔπαινον διωθόμενοι. Τὸν γὰρ Θεὸν μόνον μάρτυρα τῶν πεπραγμένων ποιούμενοι, ἤιστα τῆς ἀνθρωπίνης δόξης ἀντεποιοῦντο. Περὶ μὲν οὖν ἀνδρῶν οἱ ἐπὶ τῆς προύσης ἡγεμονίας φιλοσοφούντες ἦσαν, καὶ κατὰ νόμους Ἐκκλησίας ἡκριθωμένως ἀνὰ πᾶν τὸ ὑπήκοον ἐπολιτεύοντο, τάδε ἔγνωσαν.

A nobis certe quidem id præstari omnino non potest, cum propter orationis et styli tenuitatem, tum quod res eorum rectissime gestas ignoramus. Nam illorum multi in solis degentes locis, ut plurimum latuere. Quod si nonnulli in urbibus domicilia sua habuere, quod viles esse apparent, et nihil ab aliis differre viderentur, consulto actiones suas celarunt. **715** Nam humana laude repudiata, soloque Deo actorum suorum teste advocato, minime ab hominibus gloriam sunt occupati. Atque equidem de viris qui imperii ejus tempore monasticam philosophiam sunt sectati, et secundum Ecclesiæ leges perfecte et exacte in plerisque Romani imperii locis tum vitam exegere, hæc mihi comperta sunt.

B

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Περὶ Διδύμου, Ἀετίου καὶ Ἀπολλινάριου τῶν ἀρετικῶν.

Καιροῖς δ' ἐκείνοις καὶ ὁ ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς Δίδυμος ἔγνωρίζετο, τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διατριβῆς προϊστάμενος τῶν ἱερῶν μαθημάτων. Ἦν δὲ οὐ μόνον ἐν τούτῳ τὸ δίκαιος εἶναι κτησάμενος, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης παντοδαπῆς σοφίας ἐπ' ἀκριβῆς ἔχων. Τοῦς τε γὰρ ποιητῆς καὶ ῥήτορας εἰς ἄκρον ἤσκητο· ἀστρονομίας δὲ καὶ γεωμετρίας καὶ ἀριθμῶν ἀναλογίας οὐδὲν ἐκείνῳ παρεῖτο λαθόν. Ἐπὶ τόσον δὲ τὰς διαφόρους δόξας τῶν φιλοσόφων ἡκριθωσεν, ὡς ἄλλο μηδὲν εἰδέναι δοκεῖν· ἃ δὴ πάντα νῦν τε καὶ ἀκοῆ προσεκτήσατο. Νῆπιος γὰρ πάνπαν τυφλὸς γενόμενος, εἰς πείραν μόνην τῶν στοιχείων ἔλθειν. Εἰς ἐφήβους δὲ παρελάσας, τῆς τῶν λόγων ἐραστῆσαι παιδείας. Καὶ δὴ τοῖς διδασκαλείοις φοιτῶν, ἡχροῦτο μόνον. Εἰς τόσον δ' ἤκε σοφίας δι' ὀλίγου, μεγέθει καὶ τάχει φύσεως, ὡς καὶ τὰ τῶν μαθημάτων σχολιὰ, καὶ ἀπόρρητα τῶν θεωρημάτων, εἰς ἄκρον μαθεῖν. Τυφλὸν δ' ὄντα λέγεται μαθεῖν τὰ γράμματα τῇ ἀφῆ τῆς χειρὸς. Τοῦς γὰρ τῶν γραμμάτων τύπους, σανίδι εἰς βάθος ἐνοσημανθέντας, ἐπαφόμενον γινῶναι· τὰ δ' ἄλλα, συλλαβὰς καὶ μίξεις καὶ τὰ ἐξῆς, διανοίας δέξυτῃ ἐφ' νῦν θηράσαι καὶ ἀκοῆ. Θαῦμα δ' ἦν ἐξαίσιον καὶ ἀκούσιμος καὶ ὀρώμενος. Πολλοὶ μὲν οὖν καὶ εἰς Ἀλεξανδρείαν ἦγον, οἱ μὲν κατὰ θέαν μόνην τάνθρωπος, οἱ δὲ καὶ τῆς ἐνούσης τοῖς λόγοις χάριτος ἀκουσόμενοι. Τῆς δ' ἐν Νικαίᾳ δόξης ὑπεριστάμενος, Ἀρειανοῖς ἀντετάσσεται. Ἦγχε δὲ αὐτοῦς τῇ πειθοῖ τῶν λόγων, ἣν οὐ βίᾳ ποιεῖν ἔδουκε. Τοῖς δ' ἀμφιβιλλομένοις προτείνων τοὺς λόγους, τῶν διαμαχομένων τὴν χριστιανὴν ἐπέτρειπεν. Ὁ δὲ μάλα πεπιθῆναι ἦν· τοῖς δὲ ὀρθοῦν δοξάζουσι διὰ τοῦτο ἐράτμιος μάλιστα. Οὐ τοῦτοις δὲ μόνους, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ μοναχοῖς διὰ τιμῆς ἤγετο. Καὶ μᾶλλον ὁ περιθόητος ἐν ἀσκήσει Ἀντώνιος διὰ θαύματος αὐτὸν ἐποιοεῖτο· ὃν φασὶ τὴν Ἀλεξανδρείαν κατελιφθῆσα, τὸ βέβαιον τῆς Ἀθανασίου πίστεως μαρτυρούμενον, ταῦτα τῷ Διδύμῳ εἰπεῖν· Οὐ χροῶν, ὡς Δίδυμε, λύπαις σαυτὸν ἐκτήκειν, στερού-

μενον ὀφθαλμῶν, οἷς μέτεστι καὶ μουσὶ καὶ σαύραις καὶ τοῖς ἀφαιροῖς τῶν ζωῶν· ἤδεσθαι δὲ μᾶλλον καὶ γάρβειν, οἷς παραπλησίω· ἀγγέλοις τοῖς ἔνδοις ὄρα· ὀφθαλμοῖς, δι' ὧν τραπῶς τὴν ἀκήρατον καὶ θεῖαν γνῶσιν κατανοεῖς, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἀκριβῶς εἰσοράς. Βιβλία δὲ οὗτος καταλείλουτε ταῦτα· εἰς τὴν τῶν Ψαλμῶν βίβλον ὅλην διάφορα ὑπομνήματα· εἰς τὴν Ὡσηὲ καὶ Ζαχαρίαν, λόγους πέντε· εἰς τὸν Ἡσαΐαν λόγους δεκάκατ'· εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον καὶ κατὰ Ἰωάννην οὐκ ἐλάχιστα ὑπομνήματα. Ἐτι δὲ καὶ κατὰ Ἀρειανῶν, καὶ ὑπὲρ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· καὶ ἕτερα συγγράμματα πλείστα. Ἰκμαζε δ' ἐν ἐκείνῳ τοῦ χρόνου καὶ ὁ Σύρος Ἀέτιος, πρὸς τῶν τῶν ἀντιπαρασθεντων θαυμαστός· τις εἶναι δοκῶν, ἐν τε διαλέξει καὶ ἐριδι λόγων, καὶ συλλογισμοῖς, καὶ στροφαῖς λέξεων, ἰκανὸς τις, καὶ τὴν σπουδὴν ἀπασαν ἀετινῶν ἐν τούτοις καταναλίσκων. Διὰ τοι καὶ ὡς τοιοῦτος ὢν, πρὸ χειρὸς τε τὸ προστυχὸν ἐπὶ Θεοῦ κακοχρόλως θεολογεῖν, ἄθεος ἐκαλεῖτο. Πατὴρ δὲ αὐτῷ ἡ Κοιλὴ Συρία ἦν. Τοῦ δὲ πατρὸς αὐτῷ ἐν στρατεῖα δυσπραγῆσαντος καὶ τὸν βίον λιπόντος τὸν μὲν τρηκάδε ἄρχοντα δημοσιῶσαι τὸν βίον· εἰς ἑκατὸν δὲ πενίας σὺν τῇ μητρὶ ἐλάσαντα τὸν Ἀέτιον, ἐπὶ τὸ χρυσοχοεῖν ὀρμῆσαι, ὡς ἂν ἀμωστέπως τὸ ζῆν πορίζηται. Ἀποχρώντως δὲ τῇ τέχνῃ χρησάμενον διὰ βῶμην φύσεως, ἐπὶ τὴν λογικὴν στραφῆναι τέχνην· καὶ Παυλίον μὲν ἀκρόασασθαι, ὅς ἐκ τῆς ἐφορείας Τύρου μετέστη εἰς Ἀντιόχειαν· πύρατι δὲ βίου τῆς μητρὸς χρησαμένης, δι' ἣν αὐτῷ καὶ ἡ ἐπιμορφῶσα τὸν χρυσοῦν τέχνη ἐσπούδατο, εὐθύ· ὅλος ἐπὶ τὴν λογικὴν μετετάττετο τέχνην, καὶ τῶν πολλῶν ἐκράτει μετ' ὀλίγου ἀμύλλας ἰστών. Ἐπεὶ δ' Εὐλάλιος μετὰ Παυλίον εἰς τὸν θρόνον τῆς Ἀντιόχειου κατέστη, πολλοῦ στίφους κατ' αὐτοῦ κινουμένου, ἐλαύνεται ὁ Ἀέτιος· καὶ εἰς τὴν τῆς Κιλικίας Ἀναζαρβὸν γενόμενος, τῇ τέχνῃ αὐθις πρὸς τὸ ζῆν ἀπεχρήτο, οὐδὲ τῆς περὶ λόγους ἀμύλλης ἀρυστηκῶς. Σοζιστοῦ δὲ τινος τῶν Ἀετίου φύσιν διὰ θαύματος ποιουμένου, καὶ τῆς τέχνης αὐτῷ μεταδοῦναι σπουδαζόμενος, εἰσοικισθεὶς αὐτῷ ἐθήτευε, πᾶσαν ὡς χρεῶν οἰκετικὴν ἀποπληρῶν λειτουργίαν. Καὶ ὁ μὲν τὴν γραμματικὴν αὐτῷ παρεδίδου· Ἀέτιος δὲ τῷ κυρίῳ εἰς ἑλεγχον τῆς περὶ τὰ θεῖα λόγια μὴ ὀρθῆς διαθέσεως καθίστατο. Καὶ δὴ μεθῶν τῆς εὐεργετοῦσης· αὐτὸν οἰκίας ἐλάμβανεν ἀποκλήρυσεν. Κάκειθεν δὲ διωχθεὶς, τῷ τὴν Ἀναζαρβὸν διοικοῦντι Ἀθανασίῳ συγγίνεται, παρ' ᾧ τοὺς εὐαγγελιστὰς ἀνέγνω πρὸς λεπτὸν ἐπιστήσας αὐτοῖς. Ἐτ' ἐκεῖθεν ἀφικνεῖται πρὸς Ἀντώνιον ἐν Ταρσῷ, ὅς γνῶριμος ἦν Λουκιανῷ τῷ μάρτυρι, ἐξ οὗ τὸν Ἀπόστολον ἀναδιδαχθεὶς, ἐρ' ἰκανὸν ἐκείνῳ συνδιατρίβει, ἔτι τὴν τοῦ πρεσβυτέρου τάξιν πληροῦντι. Ἐπεὶ δ' Ἀντώνιος ἐφορος ἐγεγόνει, καὶ οὐκ οἶός τε ἦν τῇ σοφιστικῇ τὸν Ἀέτιον ἐνασχολεῖσθαι διδασκαλίᾳ, ἐκεῖθεν ὁ Ἀέτιος τὴν Ἀντιόχου καταλαμβάνει· καὶ παρὰ Λεοντίου ἐπιπρεσβυτέρου ὄντος, Λουκιανῷ δὲ τοῦ μάρτυρος καὶ οὗτος φειγῆς τῆς ἐχρημάτισε, τοὺς προφῆτας, καὶ μᾶλλον τὸν Ἰε-

A cipue vero cum clarissimus ille pietatis exercitio Antonius admiratus est. Quem dicunt, cum Alexandriam venisset, ut Athanasio firmæ certæque fidei perhiberet testimonium, hæc ad Didymum prolocutum esse verba: Non est, Didyme, quod teipsum mœrore conficias, propterea quod oculis carcas, quos mures, lacertæ, et vilia animalcula habent. Voluptate potius et lætitia efferrite convenit, qui itidem ut angeli internis maxime vigeas oculis: quibus clare immortalem et divinam cognitionem percipis, veritatemque ipsam exacte perspicis. Hic hosce reliquit libros: In totum Psalmodum librum varios commentarios, in Oseam et Zachariam libros quinque, in Isaiam libros duodeviginti, in Evangelium secundum Matthæum et secundum Joannem non parvos commentarios scripsit. Insuper contra Arianos et de Spiritu sancto, aliaque scripta plurima composuit. Floruit eadem ætate Syrus quoque Aetius, qui ab eis disputator admirandus habitus est, qui diversa a nobis docent. In altercationibus quippe, verborumque contentionibus, ratiocinationibus, et fallaciis ludificantibus, valde commodus, ut qui ex professo in rebus ejusmodi studium omne consumpsisset. Et proinde quod talis esset, quodque facile quidquid sors tulisset, male feriatu de Deo theologaretur seu blatteraret potius, ἄθεος; et contentor deum appellatus est. Patria ei fuit Cœlesyria. Cujus pater cum in militia adversis rebus conflictatus tandem interisset, bona ejus qui tum rerum potiebatur princeps publicavit. Qua re una cum matre Aetius ad extremam redactus pauperiem, ad aurificum artem discendam se contulit (1), ut quocunque posset modo victum sibi pararet. Ea arte ubi satis est usus, propter ingenii viam ad dicendi disciplinam est conversus: Paulinumque audivit, qui ex ecclesia Tyria Antiochiam fuerat translatus. Porro mortua matre, cujus gratia aurum conformandi arti operam navaverat, totus statim in dicendi studium incubuit, brevique certamen subiens, multos disputando convicit. 717 Postquam autem Eulalius post Paulinum in Antiochena sede est collocatus, multitudo ingens motu adversus Aetium concitato, urbe eum expulit. Quo tempore Anazarbum Ciliciæ concessit, atque ibi artem rursus suam ita, parandi vicus gratia, exercuit, ut non prorsus dicendi certamen omitteret. Accidit tum, ut sophista quidam Aetii ingenium admiratus, artem suam cum eo communicandam duceret. Atque ille in sophisticæ domum receptus, homini inserviens, omne (ut fieri solet) famuli ministerium præstitit. Sophista grammaticen et logicen ei tradidit. Ipsi vero cum herum ob minus rectam de divinis oraculis opinionem argueret, mercedem bene de se meritæ domus abdicationem tulit. Atque inde ejectus, cum Athanasio Anazarbi antistite vixit, apud quem evangelistas exacte

(1) Sozom. lib. III, cap. 15, Aetium primum medicum fuisse dicit.

Καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀκραίονῶς τὴν ἐν Νικαίᾳ ἐβόησας πίστεϊν παρὰ τοῖς περὶ Εὐδόξιον κατοροῦσθαι ἐδόκει τὸ σπουδαζόμενον· τῷ γὰρ πλείστῳ μέρει τῆς ἐπικρατείας Οὐάλεντος, καὶ μάλιστα ἀνά τε τὸν Ἑλλησπόντον καὶ Θράκην καὶ Βιθυνίαν, καὶ ἐπὶ τὰ κύκλῳ τούτων καὶ προσωτέρω, οὕτε ἐκκλησιῶν ἤρχον· ἀφηρημένοι δὲ καὶ τῶν ἐπαρῆσθαι τούτοις λαχόντων ἦσαν. Πρὸς δὲ τοὺς τὰ Μακεδονίῳ φρονούντας, πολλαπλάσιοι γὰρ ἦσαν ἀνά τὸδε τὸ κλίμα οὗτοι τῶν ὀρθῶν φρονεῖν ἠρημένων, χαλεπαίνοντες τοῖς σφόδρα, ἀπανθρώπως ἐδίωκον. Οἱ δὲ τῶν ἐπιχειμένων κακῶν τῷ ἕξει στενοχωρούμενοι, πρὸς ἀλλήλους κατὰ πόλεις διαπρεσβευόμενοι, δεῖν ἐδοκίμαζον ἐπὶ τε τὸν ἀδελφὸν Οὐάλεντος καταφεύγειν ἐς Ῥώμην, Λιθερίῳ τε κοινωνεῖν, ἣ τοῖς περὶ Εὐδόξιον (a).

et Sylvanum Tarsi Ciliciæ, atque Theophilum Castabolorum (1) episcopos Romam legarunt, eisque mandarunt ut ne cum Liberio de fide contenderent, sed potius cum Romana communicarent Ecclesia, ac consubstantialis professionem comprobarent. Illi cum litteris eorum, qui ab aliis Seleuciæ segregati fuerant, in Italiam pervenerunt, atque ibi imperatorem Valentinianum, propterea quod in Gallia (2) contra Sauromatas bellum gereret, non viderunt. Cum autem Liberio epistolam quas secum attulerant offerrent, recipere is eas renuit, Arianos eos esse, nec ab Ecclesia sua agnosci posse, qui Nicænam abolevissent fidem, dicens. Cui illi responderunt, se per legitimam pœnitentiam ad veritatis cognitionem rediisse, sententiam τοῦ ἀνομοίου abjecisse, et Filium per omnia Patri similem professos esse : **120** nihilque ab ὁμοουσίου, consubstantiali, κατὰ πάντα ὅμοιον, hoc est, per omnia similem, differre. Quibus verbis auditis, Liberius professionem eorum in scriptum relatam ab eis exegit. Atque illi libellum ei, in quo etiam Nicænam fidem inseruerunt, obtulerunt. Epistolam quidem, quas secum Smyrna ex Asia et ex Pisidia, Isauria, Pamphylia et Lycia, ubi conventus egerant, attulere, propter prolixitatem hic non apposui. Libellus autem, quem Eustathius cum collegis suis Liberio dedit, sic habet :

Gratiani rebus infra Almanorum nomen reperitur, et Germanicæ uno atque altero loco.

CAPUT VII.

Ὁμολογία τῶν πρέσβυων, Λιβερίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης δοθεῖσα.

Confessio legatorum Liberio episcopo Romano exhibita.

« Domino fratri et collegæ Liberio, Eustathius, et Sylvanus, Theophilus salutem in Domino. Ad evitandas insanas hæreticorum, qui non desinunt Ecclesiæ catholicæ offendicula creare, suspiciones, et ad earum causam et occasionem omnem præcidendam, synodi Lampsaci et Smyrnæ, et aliis variis in locis ab orthodoxis et recte sentientibus episcopis celebratæ decreta profitentes, apud bonitatem tuam, et universos Italiæ totiusque Occidentis episcopos legatione fungimur, et litteras afferimus catholicam nos fidem servare, quæ in sancta Nicæna synodo, sub beato Constantino imperatore, a trecentis decem et octo Patribus promulgata atque confirmata, hactenus in statu suo inviolata atque immota duravit, atque in perpetuam duratura est : in qua τὸ ὁμοούσιον, consubstantiale, rite pieque contra Arii improbitatem est constitutum. Fidemque eam nos una cum eis quos diximus episcopis et servasse, et usque ad finem servaturos esse, manibus ipsi nostris profiteremur; condemnantes Arium, impiamque doctrinam sectatoresque ejusdem, necnon omnem Sabellii, Patripassionum, Marcionis, Photini, Marcelli, ipsiusque Pauli Samosatani hæresim, doctrinamque eorum, necnon omnes eis assentientes; et si quæ præterea sunt aliæ sectæ sanctæ fidei, quæ pie atque catholice Nicææ a sanctis Patribus composita atque promulgata est, adversæ et contrariæ, anathemate quoque in primis ferientes formulam Arimini lectam, Nicænam scilicet fidei prorsus repugnantem. Cui quidem formulæ Nica Thraciæ allatæ, nonnulli dolo malo et perjurio circumventi,

A Constantinopoli per errorem subscripserunt. Est autem fides nostra, atque eorum quorum nomine legatione fungimur, ista: Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, visibilium et omnium invisibilium factorem. Et in unum unigenitum Deum, Dominum nostrum Jesum Christum, Filium Dei, ex Patre, hoc est, ex substantia Patris genitum, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, quæque in cælo sunt, quæque in terra. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit, et incarnatus, et homo factus, et passus est. Et resurrexit tertia die, et ascendit in cælos, venturus inde ad B judicandum vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum. Qui autem dicunt, fuisse aliquando tempus cum non fuerit, quodque priusquam genitus sit, non fuerit, et quod ex non existentibus factus sit, aut ex alia substantia vel subsistentia, vel mutationi et alterationi obnoxium Filium Dei esse, anathemate jugulat catholica et apostolica Ecclesia. Ego vero Eustathius, episcopus Sebastiae urbis, et Theophilus, et Sylvanus, Lampsacena, Smyrnensis aliarumque synodorum legati, hanc fidei professionem manibus nostris voluntateque nostra scripsimus. Quod si quis præter hanc fidem, contra nos aut eos a quibus missi sumus, aliquid criminis intendere voluerit, ad quoscunque sanctitati tuæ visum fuerit episcopos, nos atque illos cum sanctitatis tuæ litteris remitte : ut cum apud eos ipsos C iudices causa dicatur, tum in eum qui criminis convictus fuerit, legitime animadvertatur.

121 CAPUT VIII.

Ἐπιστολὴ Λιβερίου τοῖς ἐν τῇ Ἐφ ἐπισκόποις πρυφθεῖσι.

Epistola Liberii, episcopis orientalibus missa.

Hoc libello veluti quodam pignore sibi obligatos Liberius ad communionem admisit, ac deinceps cum hujusmodi litteris eos dimisit : « Dilectis fratribus et collegis, Hythio, Cyrillo, Hyperenchio, Heroni, Elpidio, Maximo, Eusebio, Eucarpio, Eortasio, Neoni, Eumathio, Faustino, Procto, Passinico, Arsenico, Severo, Didymioni, Britannio, Callicrati, Damabio, Aedesio, Eustochio, Ambrosio, Gelonio, Pardalio, Macedonio, Paulo, Marcello, Heraclio, Alexandro, Adolio, Marciano, Sthenelo, Joanni, Macari, Charisio, Sylvano, Photino, Autho, Antonio, Celso, Euphranori, Milesio, Patricio, Severiano, Eusebio, Eumolpio, Athanasio, Diophanto, Minodoro, Diocli, Chrysampelo, Eugenio, Eustathio, Callicrati, Arsenio, Eugenio, Martyrio, Hieratio, Leontio, Philagrio, Lucio, et universis episcopis Orientalibus orthodoxis, et electam fidem sectantibus, Liberius episcopus Ita-

liæ, et reliqui Occidentis episcopi salutem perpetuam in Domino. Optatissimum nobis pacis et concordiae gaudium litteræ vestræ, fidei lumine refulgentes, fratres dilecti, attulerunt, quas nobis reverendissimi fratres et episcopi Eustathius, Sylvanus atque Theophilus reddiderunt. Atque eo maxime nomine, quod sensum et persuasionem fidei vestræ, cum tenuitatis meæ atque Italicorum Occidentaliumque episcoporum omnium sententia, concordare confirmarunt et asseverarunt. Atque eam ipsam novimus catholicam et apostolicam esse fidem, quæ ad Nicænam usque synodum integra atque immota servata est : quam etiam Patres Nicææ cum ingenti lætitia, non solum sermone, verum etiam scriptura intercedente, ut vestigium et scintillam omnem absurdæ opinionis exstinguere, sunt professi. Ejus exemplar necessario hisce litteris subjiciendum esse duximus, ne

postea locus et opportunitas hæreticis ad struendas fidei insidias relinquatur : quibus illi improbitatis suæ igniculos excitantes, discordiæ incendia more suo dilatare solent. Eustathius sane, Sylvanus atque Theophilus, fratres nostri reverendissimi, nobis vestro nomine receperunt, dilectionem vestram non minus atque ipsos fidem ejusmodi semper et antea servasse, et ad finem usque servaturam esse, in Nicæna videlicet urbe a trecentis decem et octo episcopis orthodoxis et recte sentientibus comprobata. Quæ quod certam perfectamque complectitur veritatem, ora hæreticorum omnium omnia obstruit atque evertit. Non casu enim fortuito, sed divino prorsus nutu, contra Arii insaniam tantus episcoporum numerus est coactus, quanto scilicet numero beatus ille Abraham tot hostium millia fide debellavit. Ea fides cum in subsistentia et nomine τοῦ ὁμοούσιου, consubstantialis, consistat, perinde atque munitissima quædam et inexpugnabilis arx, impressiones et machinas malignas Arianae perfidiæ omnes, ita uti decet, contemnit. Et quamvis episcopi Occidentales prope omnes Arimini convenerint, cum ibi concilium Arianorum coegisset vecordia, ut insidiosa quadam suasionem, seu quod verius est, profana auctoritate et potentia, id quod in fidei formula tutissimum certissimumque positum fuerat, abolerent, aut oblique negarent, nihil tamen ea profuit calliditas. Nam omnes fere qui tum Arimini inescati atque fraude decepti fuerant, nunc resipiscunt, cum anathemati eorum qui ibi conventum egere, fidei formulam subjecerunt, tum universali et apostolicæ fidei, quæ Nicæna decreta est, subscripserunt. Et nobiscum communicantes, ardentioribus etiam animis contra Arii doctrinam et discipulos ejus feruntur. Quam rem ita deprehensam esse, ubi oratores etiam vestri cognoverunt, in subscriptione sua vos quoque addiderunt, et Arimum, et quæ a sectatoribus ejus Arimini contra Nicænam fidem acta sunt, anathemate jugulantes. Quibus sane actis, vos etiam jurisjurandi sacramento fraudulento circumventi, subscripsistis. Quapropter convenire nobis visum est, ut ad dile-

ctionem vestram scriberemus, et justa petentes adjuvarem, præsertim cum ex legatorum vestrorum asseveratione, Orientales vos resipuisse, et cum Occidentalibus recte sentientibus consentire intellexerimus. Scribimus ergo vobis, ut notitis cum Ariminensibus blasphemias, quæ tum per surreptionem sunt ab auctoribus earum magno Ecclesiæ detrimento subintroductæ, **122** anathemati subjectas, tum Occidentales universos in Nicænam fidei professionem conspirasse. Quamobrem per vos id omnibus indicari oportet, ut qui vi quadam seducti atque læsi sunt, tandem a tenebris hæreticis ad divinum catholicæ libertatis lumen reverti possint. Si qui vero deinceps venenum perfidiæ respere, et Arii blasphemias omnes abolere anathemati que subjicere noluerint, Arii, ejusque sectatorum, et cæterorum serpentium Sabellianorum, Patripassionum, atque aliarum hæresium se complices, ab ecclesiastica communione et conjunctione exclusos et alienos esse, quæ adulterii filios non admittit, sciant. Deus vos incolumes servet, fratres dilecti. In hisce litteris Eustathius et collegæ ejus acceptis, in Siciliam trajecerunt. Et postquam ibi Siculorum episcoporum synodus, eorum instinctu celebrata, atque ipsi τοῦ ὁμοούσιου, consubstantialis, fidem professi sunt, Nicænamque formulam auctoritate sua confirmarunt, acceptis ibi quoque ejusdem sententiæ litteris, ad eos qui se legaverant, sunt reversi. Atque ibi redditas ibi litteras Liberii, ad urbes quasque per oratores ad consubstantialis fidei propugnatores misere, cohortantes eos, ut consentientibus animis Tarsi Ciliciæ convenirent, ad fidem Nicænam comprobendam, et quæ postea exortæ sunt, nugas abolendas. Et factum id forte esset, nisi qui plurimum apud imperatorem valebat, obsitisset, Eudoxius videlicet, Arianae religionis præfectus, qui synodo ea indicta magis etiam commotus, majora illis intulit detrimenta. Quod vero Macedoniani per oratores suos cum Liberio communicarint, et fidem Nicænam approbarint, Sabinus ipse in synodali Actorum collectaneis est confessus.

CAPUT IX.

Ἐπὶ τῶν ἐν Τυάροις καὶ Καρίᾳ συνόδων.

De synodis Tyanæ et in Caria coactis.

Eodem tempore concilium Tyanæ ab Eusebio Cesareæ Cappadociæ, Athanasio Aneyræ, Pelagio Laodiceæ, Zenone Tarsi, Paulo Emese, Otrio (1) Melitinae, Gregorio Nazianzi, aliisque multis episcopis, qui τοῦ ὁμοούσιου, consubstantialis, verbum servandum esse Antiochiæ, Joviniano imperante, decreverant, celebratum. Lectæ ibi Liberii et Occidentalium episcoporum litteræ, quas secum legati Lampsaco Romam missi attulerant. Quamobrem

gaudio exsultantes, ad universas scripserunt Ecclesias, ut decreta Asiaticorum episcoporum et Liberii, Italorum, Afrorum, Gallorum occidentalium legerent epistolæ : et tantum ipsis consentientium numerum, qui longe Ariminense concilium superabat, considerarent, et ad sententiam communio-nemque eorum accederent : necnon ut eis ejusdem se esse sententiæ litteris ipsi suis rescriberent. Scripserunt præterea, ut ad diem constitutum

(1) Mentio hujus etiam fit in quadam Theodosii constitutione, in C. Theodosiano lib. ult. l. *Episcopis*, De fide c. 101.

erno adhuc tempore Tarsum Ciliciæ convenirent. Sedenim dum sic de Tarsensi synodo cogenda agitur, triginta et quatuor fere Asiani episcopi Antiochiæ in Caria convenientes, studium quidem ecclesiasticæ concordie sarcientiæ laudarunt: ὁμοουσιῶν, consubstantialis, vero nomen repudiantes formulam fidei Antiochiæ et Seleuciæ compositam,

veluti quæ Luciani martyris esse crederetur, et a majoribus eorum periculo et sudore multo comprobata esset, confirmarunt. Imperator autem, Eudoxio annitente, synodum in Cilicia celebrari institutam prohibuit, edictis ea de causa et comminationibus publice propositis.

CAPUT X.

Περὶ τοῦ τηρικυῖτα γενομένου διωγμοῦ· καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, ὡς αὐτὸς μόνος οὐκ ἔξηλάθη τοῦ θρόνου.

De ea quæ tum grassata est persecutione: et de sancto Athanasio, ut is solus sede sua non sit ejectus.

123 Provinciarum quoque præsidibus sigillatim mandavit, ut ex ecclesiis eos deturbarent episcopos, qui sub Constantio exauctorati, dignitatem pristinam sub Juliano recepissent. Per ejusmodi jussionem Ægyptii etiam magistratus Athanasium ecclesiis simul et urbe Alexandrina ejicere contenderunt. Non levis enim pœna imperiali inserta erat edicto, quod præfectis omnibus, et qui sub eorum signis et potestate essent militibus et senatoribus, cum ingentis pecuniæ multa, corporis quoque coercionem denunciabat. At Christianus populus conveniens præfectum rogavit, ut episcopum causa non satis deliberata non exigeret, sed accuratius litterarum imperialium sententiam perpenderet, quæ eos tantum proscriberet, qui sub Constantio exulare jussi, sub Juliano ab exilio reversi essent. Athanasium porro sub Constantio quidem exsilio causa solum vertisse dicebant, atque ab eodem reductum atque in episcopatum suum restitutum esse: Julianum autem, cum omnes ab exsilio revocaret, unum hunc persecutum fuisse, quem tandem Jovinianus restituerit. Hæc cum dicerent, neque præfecto persuaderent, restitere tamen, et vim fieri non permisere. Cæterum cum vulgus undique conflueret, et turba ingens atque tumultus, adeo ut seditio expectaretur, in urbe esset: præfectus rem eam imperatori significavit, Athanasium ibi manere permittens. Et diebus pluribus exactis, seditio ea sopita jam esse videbatur, cum Athanasius vesperi urbe egreditur, et in prædio quodam latitat. Ægypti autem præfectus, et copiarum militarium quæ ibi erant dux. intempesta nocte in ecclesiam, ubi ille domicilium suum habebat, venit, et in habitaculis etiam superioribus diligenter eum querit: sed opinione sua frustratus, re infecta abit. Existimaverat enim, quod plebs tandem prioris motus, quo excitata fuerat, oblita esset, et somnum omnes carperent, facile se imperatoris imperata exsecuturum, et urbem sine seditione pacatam conservaturum esse. Sedenim præfectus, et qui cum eo erant, quod Athanasium non invenissent, valde sunt admirati. Sive enim divini Numinis indicio, seu hominum

aliquorum denuntiatione secesserit, eodem res recidit. Quod enim tam necessario tempore insidias sibi structas præviderit et vitarit, consilii esse visum est, quod captum humanum excederet. Alii vero dicunt, eum, quod vulgi insanum motum præseñserit, et simul veritus sit, si quid inde detrimenti provenisset, ne ipse auctor mali ejus esse videretur, toto eo tempore (1) in paterno monumento delituisse. Atque ille quidem sic profugit et latuit. Non longe autem post imperator litteris suis eum revocavit, et ecclesiam obtinere jussit. Scriptum hoc præter animi sententiam Valentem edidisse opinor, vel quod Athanasii gloriam secum ipse reputaret, ac reprehensionem ejus rei a Valentiniano, qui Nicænum decretum profitebatur, expectaret: vel quod motum eorum qui plurimi illum laudabant, ne per novarum rerum studium respublica aliquid detrimenti caperet, suspectum haberet. Opinor quoque Arianae hæresis antesignanos, ita ut par erat, non admodum jam in ejus viri proscriptionem urgendam incubuisse: illud perpendentes, si urbe ejiceretur, fore ut rursum imperatoribus molestus fieret, occasionemque ex ea re illos compellendi haberet, Valentemque in sententiam suam adduceret, Valentinianum autem sibi consentientem ad iram etiam commoveret. Plurimum namque eum metuerunt, virtutem ejus in rebus quæ sub Constantio acciderant, experti. Adeo enim tum quoque inimicorum consilia et insidias propulerat, ut ei illi non gravate ecclesiis in Ægypto cederent, et ea de causa ipse, vix Constantii litteris acquiescens, ex Italia rediret. Causam quidem, quamobrem Athanasius non itidem ut alii ex ecclesia pulsus sit, hanc esse conjicio. Alii vero episcopi tantum non persecutione, quæ illis par esset, quæ ab idololatriæ excitatæ fuerant, sunt expetiti. Exsilia enim et deportationes in eos qui non eadem cum Valente sentirent, decernebantur, et sacræ ædes iis quidem adimebantur, aliis autem committebantur. Ægyptus vero dum Athanasio vita suppetebat, malorum ejusmodi immunis et expers fuit.

(1) Mensibus quatuor. (Soerat.)

CAPUT XI.

Ὡς διηρέθησαν οἱ Ἀρειανοὶ καὶ Εὐνομίανοι· καὶ περὶ Εὐνομίου καὶ Ἀετίου· καὶ ὅσα κατὰ τῆς ἑρθοδοξοῦ ἐρεωτέρων πιστεως.

Ut Ariani et Eunomiani per dissidium sint sejuncti : et de Eunomio et Aetio, et quæ ii contra orthodoxam fidem novarum rerum studio sint conati.

124 Sub idem tempus Eunomius ab Eudoxio recessit, et seorsim suos sibi conventus egit, propterea quod cum sæpius, ut præceptor ipsius Aetius in gratiam et communionem reciperetur, Eudoxium rogasset, id impetrare non potuerit. Non ideo autem Aetium aversatus est Eudoxius, quod hæresim ejus exosam haberet, quam scilicet maxime deprædicabat, sed quod omnes qui cum Eudoxio consentiebant ab Aetio utpote diversam ab eo doctrinam tenente abhorrent. Atque hæc ipsa causa fuit, cur inter Eudoxium et Eunomium discessio fieret. Porro Aetius vehementer et acer Arianae hæresis assertor et propugnator fuit, arte sophistica bene instructus. Eandem autem hæresim magis etiam discipulus ejus Eunomius defendit, vir, quod Rufinus ait, et corpore et anima leprosus, atque intra et extra morbo regio infectus (1), ipse quoque arte dialectica præpotens. Hæresim ejus quidam ab ejus nomine appellant. Alii τῶν ἀνομοίων, hoc est, dissimilium, vocant. Sunt auctores quidam, qui Eunomium istum primum ausum fuisse dicunt instituire, ut divinus baptismus mersione una perageretur : et eam quæ ab apostolis per manus accepta hodie quoque ubique servatur, traditionem adulterare, et ritum alium in ecclesia Cyzicena, accuratius sanctiorque gravitate novitatem suam obtegentem, invenisse. Fuit autem, sicut dictum est, et Sozomenus testatur, cujus verba ascribere libet, ad orationes scribendas non ineptus, contentioso disputandi genere et syllogismis gaudens : quales sectatores ejus adhuc multos videre est. « Non tam enim illi vitam honestam, mores sanctos et benignam erga egenos misericordiam, si eadem cum ipsis sentiant, quam si quis contentiose deserere, et syllogismis atque ratiocinationibus vincere videatur, laudant. Tales namque pietate majore supra omnes esse existimantur : sicuti Theophrontius Cappadox et Eutyechius, sectæ hujus studiosi, qui obtinentis hujus imperii tempore (2), se ipsos ab Ecclesia rescindentes, cum in aliis rebus ex Eunomii opinionibus, tum in sacro baptismo res novas induxerunt, non in Trinitatem, sed in Christi mortem baptizandum esse docentes. Eunomium sane aliqui dicunt nihil hac in re novasse, sed quemadmodum ab initio cœperat, in

A Arii sententia permansisse. Postquam vero Cyzici episcopus factus esset, a clero eum suo, quod nova institueret dogmata, accusatum esse. Eudoxium porro, qui tum Constantinopoli Arianae hæresi præfuit, illum accessivisse, atque ut verba ad populum de doctrina sua faceret, ei permisisse. Et cum nihil in eo damnasset, cum ut Cyzicum rediret cohortatum esse : illum vero dixisse, se de cætero cum eis qui se suspectum haberent, futurum non esse, prætextumque eum discessionis suæ obtendisse : cum revera causa illa esset, quod præceptorem suum Aetium receptum non esse ægre ferret : hominemque in cœpto suo perseverasse, et nihil de priore opinione sua mutantem privatum vixisse. Et hæc quidem alii ad hunc modum, alii vero aliter tradunt. Sedenim sive Eunomius seu alii quidam traditionem baptismi innovarunt, soli illi periculosa ista ratione divini baptismi expertes mihi e vita excessisse videntur. Si enim ipsi ab initio recepta consuetudine baptizati, primum se ipsos rebaptizare non potuerunt, aut quod in ipsis non accidit, primi introduxerunt : quodque neque ipsi per se habuere, neque per alios acceperunt, id in alios contulerunt : cum super initio et fundamento quod subsistere nequeat (3), suaque ipsorum arrogantia, dogma hoc instituerunt : tum quæ ipsi non acceperunt, aliis tradiderunt, quod sane stultum ac stolidum est. Illud enim sua etiam ipsorum confessione constat, qui ipse baptismi sacris initiatus non sit, eum alios baptizare non posse : qui vero traditionis eorum more baptizatus non sit, eum pro non baptizato ab eis haberi, ut qui non legitime sacramento eo initiatus sit. Testantur hoc ipsimet, dum quoscunque in sententiam suam pertraxere, etiamsi antea statis catholicæ Ecclesiæ cæremoniis tincti sint, rebaptizant. Quæ novitas non parum religionem turbavit, et Christianismum suscipere volentibus propter dogmatum dissensionem valde obstitit. De Eunomio porro et Aetio illud addere libet, Eunomianæ hæresis auctorem primum Aetium Syrum fuisse : et **125** qui juxta Arii sententiam Filium Patri inæqualem, creatumque esse, et ex non existentibus exstitisse decrevit. Et qui opinionem eam approbarunt, Aetiani prius sunt dicti. Cum autem, quemadmodum antea diximus, quidam

(1) Sozom. lib. vi, cap. 26.

(2) Theodosii Junioris imperium intelligendum, ad quem Historiam suam ecclesiasticam scripsit Sozomenus, cujus ea sunt verba lib. vi, cap. 26. Socrates propterea Eunomium Cyzico Constantinopolim ad Eudoxium reversum esse et cum eo mansisse dicit, quod Cyziceni non ferentes ampulosam ejus loquentiam, hominem urbe exegerint. In prolixitate enim orationis ejus et multiloquio

ingens fuit sententiarum penuria. Et cum longos conscripsisset in epistolam Pauli ad Rom. commentarios, tamen is scopum Pauli pertingere et assequi non potuisse dicitur. Lib. iv, c. 9.

(3) Eodem argumento uti temporibus nostris possemus, in refutandis eis qui manus aliis imponere audent, cum eam potestatem non habeant, et consecrati prorsus non sint.

Filium Patri ὁμοούσιον, consubstantialiam, quidam ὁμοούσιον, æquisubstantialiam, dicendum esse assererent : et imperatori tum placitum esset, ut de Ariminensis concilii sententia, Filius Patri ὁμοούσιος, æqualis, crederetur : Aetius quidem, ut qui blasphemus in Deum esset, exsilio est mactatus : hæresis autem ejus quodammodo ad tempus soluta jacuit, quod neque alius quispiam, qui alicujus esset nominis, neque ipse Eunomius (1) propalam et libere de ea disserere auderet. Cæterum ubi is

A Cyzicenam ecclesiam pro Eleusio gubernandam accepit, conquiescere omnino non potuit, et in concionibus ad populum Aetii opinionem rursus in medium produxit. Atque ut fieri solet, cum homines primum hæresis istius auctorem ignorarent, Eunomianos sectatores ejus cognominarunt, propterea quod post Aetium dogma hoc Eunomius renovavit, et majore audacia, quam qui id primum tradiderat, defendit.

CAPUT XII.

Περὶ τῆς αἵρέσεως τῶν Ἀπολλιναρῶν, τοῦ τε πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ ὅπως εἰς τὴν εἰσαγαγὴν ἀπέκλιναν αἵρεσιν.

De hæresi Apollinarium patris et filii, et quomodo in suam declinarint hæresim.

Apollinares duos fuisse, patrem et filium, antea diximus. Et pater quidem presbyter, filius autem lector fuit : uterque Græcis disciplinis valde eruditus. Pater grammaticus, filius rhetor insignis. Pater Alexandriæ ortus, aliquandiū Beryti litteras docuit. Laodiceæ vero matrimonio contracto, filium Apollinarem progenuit. Intima eis cum Epiphano præclaro sophista amicitia fuit. A quo ut sejungerentur, ne Theodotus quidem episcopus Laodicensis auctoritate et interdico suo obtinere potuit. Permultos hi et utiles Ecclesiæ edidere libros, sicuti antea a nobis est dictum. Deinde vero in hæresim nominis sui fœde sunt prolapsi. Nam Apollinaris filius, multis ab Ecclesia abductis, suos sibi conventus egit, sociumque constituendi dogmatis sui Vitalem accepit Antiochenum, ex eorum numero qui Meletii Ecclesiam frequentabant, presbyterum, virum nemini illustri vitæ et morum sanctitate cedentem (2), et eorum qui fidei ejus commissi fuerant curandorum perquam studiosum, eaque de causa a populo egregie cultum et veneratum. Paulo post enim, cum a communionem Meletii discessisset, Apollinari se conjunxit, sectatoribusque ejus Antiochiæ præfuit, vitæ reverentia non exiguam plebis partem addictam sibi habens : qui etiam nomine ab eo accepto, Vitaliani usque ad Theodosii junioris imperium ab Antiochenis sunt vocati. Dicitur autem hoc fecisse dolore impulsus : perinde atque a Flaviano, qui postea sedem Antiochenam accepit, tum autem presbyter cum illo erat, despectus, et quominus familiariter cum episcopo esse posset, impeditus fuisset. Quod namque ea re diminutam esse famam suam putaret, hominum more, dolore eo victus, ad Apollinarem se contulit, et cum eo communicavit, amicitia ejus in primis usus. Ex eo tempore in aliis quoque urbibus sub episcopis suis conventus habuere, et ritus ab Ecclesia catholica alienos celebrare : præter receptas sacras cantilenas,

B numerosa etiam carmina quædam ab ipso Apollinari inventa decantantes. Nam is præter eruditionem reliquam in poetica quoque varii generis versibus componendis excelluit. Qua ille oblectatione multis, ut sibi adhærerent, persuasit. Et viri in computationibus manuumque 126 laboribus, mulieres quoque in lanificio suo carmina ejus psallebant. Ad studii enim et laborum laxamentum, ad dies festos, et ad res alias, prout tempus fert, poemata elaboravit, quæ ad laudem Dei pertinent omnia. Hanc hæresim latius serpere, cum primus urbis Romæ episcopus Damasus et Petrus Alexandrinus cognovissent, coacto Romæ concilio, alienam esse ab Ecclesia universali statuerunt. Apollinaris etiam ipse itidem propter animi imbecillitatem, dogmate suo insititendo, res novas molitus esse dicitur, hujusmodi de causa. Athanasius Alexandrinæ Ecclesiæ episcopus, sub Constantio in exsiliū actus, cum in Ægyptum redire jussus esset, et per Laodiceam iter faceret, cum Apollinari, quod amicissimus ei esset, familiariter versatus est. Quod autem, qui diversa erant secta, commercium et communionem ejus veluti jurisjurandi sacramento abnegatam aversarentur, inter quos et Georgius Laodicensis episcopus fuit : Apollinarem is eo nomine ab Ecclesia exclusit, tanquam contra canones et sacras constitutiones cum Athanasio fuisset. Et cum criminis loco id ei objecit, tum rationem etiam et pœnam veterum atque pœnitentia oblitteratorum errorum cum convicio ab eo exegit. Cum namque Theodotus ante eum adhuc Laodicensem Ecclesiæ regeret, maxime tum pollens Epiphanius sophista hymnum in Bacchum recitaverat, quo præceptore juvenis etiamnum Apollinaris utebatur. Recitationi ei is cum patre sibi cognomine grammatico insigni affuit. Atque ubi Epiphanius orationem eam exorsurus, sicuti eis qui specimen aliquod talium studiorum exhibent, mos est, non initiatos et profanos

(1) Ad declarandam ineptam et improbam Eunomii impietatem et vaniloquentiam Socrates verba ejus ista profert : Deus de sua ipse substantia nihil amplius, quam nos, novit : neque ea magis illi, quam nobis, est perspecta. Sed quod de ea nos

scimus, idem et ipse prorsus scit : et rursus quod ille novit, id in nobis quoque similiter omnino reperias. Ut supra.

(2) Sozom. lib. vi, cap. 25.

exire et procul esse jussisset : neque Apollinaris. A neque ejus pater, neque etiam alius quispiam qui ibi aderant Christianorum, ex auditorio secessit. Id postquam rescivit Theodotus episcopus, moleste tulit. Et aliis quidem ex populo aliquatenus objurgatis, gratiam delicti fecit : Apollinarim vero utrumque cum eis propalam peccatum objecisset, ab Ecclesia segregavit. Erant enim clerici, pater quidem presbyter, filius vero sacrarum Scripturarum adhuc lector. Intercesserat aliquid temporis, et eos, postquam lacrymis et jejuniiis crimen admissum pœnitentes abolevisset, Theodotus rursus in gratiam recepit. Ubi autem Georgius episcopatum est adeptus, et Apollinaris cum Athanasio familiariter fuit, quemadmodum diximus, excommunicatum cum Ecclesia exegit. Atque ille B sæpe Georgium dicitur, ut in communionem reciperetur, deprecando obsecrasse. Verum ubi id illi

non persuasit, mœrore correptus Ecclesiam turbavit, et dogmate novo hæresim suam introduxit, quoad potuit : compositis arte orationibus, inimicum ulciscens, et quod se in sacrarum Litterarum doctrina illo præstantiorem exactorasset arguens. Ad hunc modum scilicet privatæ clericorum, tempore quolibet, inimicitia, maximo Ecclesiam detrimento affecere, et religionem in sectas multas dissecuere. Id inde satis liquet. Si enim itidem ut Theodotus, Georgius quoque pœnitentem Apollinarim suscepisset, hæresis quæ ab eo nomen habet, ut ego quidem puto, non exstaret. Ingenia namque hominum si despici se videant, arrogantem audaciam concipiunt, et contendendi studio res novas moliantur. At si id quod æquum est consequuntur, ad moderationem se dant, et sorte sua contenti sunt (1).

127 CAPUT XIII.

Ὁς Βασίλειος καὶ Γρηγόριος ἄμφω ἀντιβήσεις κατὰ Εὐνομίου καὶ Ἀπολλινάριου ἔγραψαν καὶ τίνα ἦσαν ἡ ἔδογματίζον.

Ut Basilius et Gregorius uterque libros refutatorios contra Eunomium et Apollinarianum scripserint : et quæ istorum hæreticorum fuerint opiniones.

Eunomium, quod diximus, eadem cum Aetio sentire negari non potest (2). Nam et ipse Aetium præceptorem jactat, et id in scriptis ipse suis aperte testatur. Apollinarem vero etiam accusans C Gregorius Nazianzi episcopus, in epistola quadam ad Nectarium Constantinopolitanæ Ecclesiæ præsidem, hæc scribit : « Et detrimentum quidem nostrum, quod in sinu nostro fovemus, Eunomius minime eo quod alicujus nominis sit, contentus est : verum nisi omnes una secum in perniciem perirahat, jacturam id esse judicat. Sedenim toleranda hæc quidem sunt. Quod autem in Ecclesiæ calamitatibus censeo longe gravissimum, Apollinaristarum est impunitas. Quos nescio quomodo sanctitas tua negligit, concionandi conventusque cogendi licentiam æqua nobiscum potestate et dignitate sibi ipsi usurpantes. Tu quidem, qui per omnia prorsus juxta Dei gratiam in divinis eruditus es mysteriis, non tantum quæ ad patrocinium et defensionem Dei verbi spectant, sed ea etiam quæ ab hæreticis adversus sanioerem fidem excogitata sunt, tenes. Attamen non impertunum fuerit, a tenuitate mea magnificentiam tuam audire aliquid. Incidi in Apollinaris libellum, qui omnem hæreticam improbitatem longe superat. Asseverat enim, carnem juxta salutis nostræ administrationem ab unigenito Filio naturæ nostræ transmutandæ gratiæ, non adventitiam (3) susceptam esse,

sed a principio carnalem illam naturam in Filio fuisse. Atque perperam acceptum dictum quoddam evangelicum tanquam testimonium tante absurditati prætendit, dicens : *Nemo ascendit in cælum, nisi qui e cælo descendit, Filius hominis*. Ita ut priusquam descenderit, ipse Filius hominis fuerit : et descenderit, suam illam deferens carnem, quam in cælo habuerit antesæcularem et consubstantiatam (4). Et rursus apostolicam aliam profert vocem : secundum hominem e cælo esse. Deinde instituit hominem illum qui e cælo venientem non habere, sed divinitatem Unigeniti naturam mentis adimplere, ut quæ (5) pars tertia humanæ coagmentationis sit facta, anima et corpore humanitas circa eam existentibus, mente illis decollante, et verbo Dei locum ejus obtinente. Atque equidem nondum hoc grave est spectaculum. Verum illud omnium longe gravissimum, D quod ipsum unigenitum Deum, judicem omnium, auctorem et ducem vitæ, et vastatorem mortis, mortalem instituit : ita ut passionem ille in divinitate sua suscepit, et in tridua illa mortificatione corporis, simul etiam ea cum corpore commortua, et sic a Patre rursus a morte resuscitata sit. Reliqua quæ importunitati tante ille adjicit, longum esset recensere. Opiniones sane Apollinaris et Eunomii quales fuerint, ex iis quæ dicta sunt, quilibet cognoscet. Et ut facilis con-

¹ Joan. III, 13.

(1) In Græco Nicephori exemplari integer hic sexternio deficit. Defectum eum juxta capitulum annotationem ex aliis ecclesiasticis scriptoribus explevi.

(2) Sozom. lib. VI, cap. 27.

(3) Μη ἐπίκτητον.

(4) Legendum in Græco συνουσιωμένην pro συναστωμένην.

(5) Μέρος τοῦ ἀνθρωπίνου συγκρίματος τὸ τριμύριον ψυχῆς τε καὶ σώματος κατὰ τὸ ἀνθρώπινον περὶ αὐτὴν ὄντων.

jectura est, permultos illi ab Ecclesia universali in eorum sententiam pertraxissent, nisi Basilium et Gregorium Cappadoces adversarios invenissent, qui ex professo multa adversus eos scripsere. Theodosii præterea, quod paulo post secutum est, imperium conatus eorum repressit. Nam duces ipsos hæresium ex frequentibus et populosis orbis partibus in solos locos relegavit. Obstiteret etiam insuper illis ejus ætatis monachi. Mordicus namque Nicæna retinere decreta, qui in Syria et Cappadocia finitimisque locis monasticam sunt philosophati. Et regio ea quæ a Cilicia ad Phœniciam usque tendit, ne in hæresim Apollinaris

A transiret, periclitabatur. Ab Eunomio autem, ne inficerentur populi a Cilicia et monte Tauro ad Hellespontum et Constantinopolim usque metus erat. Non difficile enim utrique erat, finitimis quoque eorum, apud quos versabantur, ut sententiam suam sequerentur, persuadere. Idem sane et Arianis contigit. Vulgus enim, monachorum, quos recensuimus, virtutem et opera admiratum, cum ipsos recte sentire credidit, tum aliter opinantes propter suspicionem impuræ et adulterinæ doctrinæ aversatum est: sicuti Ægyptii, monachos suos sequentes, Arianos pro hostibus habuere.

128 CAPUT XIV.

Περὶ τῆς ἀνθρώπου μορφῆς τῶν Ἀνθρωπομορφιτῶν καὶ τῶν Μασσαλιανῶν· Ἐπι δὲ καὶ περὶ τῶν Νουατιανῶν· ὅτι καὶ οὗτοι εἰς πολλὰ διηρέθησαν διὰ τῆς μετάθεσιν τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς.

De hæresi Anthropomorphytarum et Massalianorum: præterea de Novatianis, quod et jam ii in multas sectas sint divisi propter feriarum Paschæ mutationem.

Ea ætate Audæus quoque quidam, et genere B et lingua Syrus, fuit novorum dogmatum inventor. Quæ enim mala dudum parturierat, aliquando tandem peperit. Primum namque cum perperam illud intellexisset, *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*, Deum humana esse forma opinatus est, eundemque corporalia membra habere existimavit: sacræ Scripturæ sententiam non satis assecutus, quæ divini Numinis operibus humanarum partium vocabula tribuit, quandoquidem eo modo, qui res subtiliores percipere et audire nequeunt, facilius consilium Dei intelligunt. Addidit deinde ad impietatem eam consimilia alia. A Manente enim id mutuatus, conditorem universitatis hujus Deum neque ignem neque tenebras creasse docuit. Verum hæc quidem, et quæcumque sunt ejusmodi, qui factionis ejus sunt, celant. Dicuntur autem a publicis Ecclesiæ conventibus segregari, propterea quod nonnulli pecuniam apud nos exsecrando fenore locent, nonnulli cum mulieribus extra, non ut lex postulat, conjugii consuetudinem habentes impie vivant. Qui vero a talibus rebus sint alieni, libere cum eis communicare. At ideo illos suo quodam more ab aliis separatos vivere constat, quod dogmatum suorum occultent blasphemiam et impietatem. Porro ficta hæc et assimilata sanctitas arrogantæ est plena, quæ scilicet a doctrina Phariseorum provenerit. Nam et illi animarum simul et corporum medicum accusarunt, ad sanctos apostolos dicentes: *Cur cum publicanis et peccatoribus cibum sumit magister vester* ¹? Et per prophetam de talibus hominibus dicit Deus: *Qui dicunt, Purus sum, ne me attigeris, iste fumus furoris mei est* ². Sedenim amentiam istorum refellere temporis istius non est. Proinde ad reliqua commemoranda progrediamur. Eodem

tempore etiam Massalianorum (1) pullulavit hæresis. *Εὐχήτας*, hoc est *precatores*, hos cognominant, qui eam vocem in Græcum transtulere sermonem. Habent autem aliud quoque cognomen, ex re ipsa natum: *Ἐνθουσιασταί* enim, hoc est Numine afflati nominantur, dæmone quoque vim in eis suam exercente, quam rem Spiritus sancti præsentiam esse opinantur. Qui vero in hoc vitio perfecti sunt, manuum opus omne et laborem perinde atque improbitatem aversantur. Itaque somno dediti, somniorum visiones et phantasias prophetiam vocant. Istius hæresis duces fuere Dadoes, Sabbas, Adelpheus, Hermas et Symeones, atque præterea alii. Qui quidem se ab ecclesiastica communione non abstinerunt, nihil prorsus vel prodesse vel obesse divinam escam dicentes. De qua Dominus Christus inquit: *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, vivet in æternum* ³. Morbum autem eum suppressere sedulo conantur, et eundem etiam convicti impudenter pernegant: et illis qui in eadem sunt opinione, quam ipsi animo complectuntur, Ecclesia interdicit. Letorius sane Melitinensem gubernans Ecclesiam, vir divino ardore spectatus, cum multa monasteria seu potius prædonum speluncas contagione morbi ejus corripere videret, eas incendit, et lupos ab ovium grege depulit. Iidem et præclarissimus ille Amphiloehus, qui metropolitim Lyeaoniæ fidei suæ creditam rexit, et gentem universam gubernavit, ubi pestem talem eo pervenisse cognovit, eam ejecit: et greges qui ab eo pascebantur, clade ea liberavit. Porro et Flavianus, celebri fama vir, postquam Antiochiæ episcopus est factus, et id genus homines Edessæ versari cognovit, veneno suo finitimos inficientes, monachorum sodalitate quadam ad eos missa, Antiochiam eos pertraxit, et ægritudinem suam

¹ Matth. ix, 11. ² Isa. Lii, 11. ³ Joan. vi, 55.

(1) Massalianorum istorum, qui et Euchitæ sive Enthusiastæ dicuntur, mentio fit, l. *Ariani*, ut supra

pernegantes ad hunc modum in crimine ipso deprehendit. Accusatores enim eorum falsa per calumniam deferre, et testes mendacia proferre dixit. Adelphium autem admodum jam senem blande compellans, assidere sibi jussit : Et nos, inquit, o senex, qui jam vitam prope exegimus, certius cum humanam naturam perspeximus, tum adversariorum dæmonum cognovimus molitiones, reipsa quoque gratiæ subministrationem perdidicimus. Juvenes autem isti, qui harum rerum accuratius nihil intelligunt, sermones spirituales audire non sustinent. Quapropter mihi dicit, quomodo vos perhibetis cum spiritum adversarium cedere, tum Spiritus sancti gratiam advenire? Verbis hisce senex demulsus, venenum omne suppressum evomuit, et nullam utilitatem ex **129** divino baptismo ad eos qui eo uterentur, pervenire dixit. Solam autem orationem sedulam dæmonem in animis habitantem ejicere. Unumquemque enim qui nascatur hominem a primo parente, sicuti naturam, ita dæmonum quoque servitutem trahere. Quibus precatione sedula exactis, deinceps Spiritum sanctum advenire, præsentiam suam, ita ut sentiatur et conspiciatur, indicantem, corpusque ab affectionum seu perpressionum metu liberantem, et animam ab inclinatione ea quæ in deterius fert, ita vindicantem, ut postea neque abstinencia et jejunio corpus castigante, neque doctrina quæ frenos nobis injiciat, et composite ambulare doceat, sit opus. Et cui ita Spiritus sanctus obveniret, eum non solum a corporis titillationibus liberari, verum etiam clare futura prævidere, et Trinitatem divinam oculis suis cernere. Hoc pacto divus Flavianus putido effosso fonte, et impio nudato latice, ad infelicem illum senem inquit : Inveterate dierum malorum, redarguit te os tuum, non ego : et labia tua testimonium perhibuerunt contra te. Et peste illa in apertum prolata, Syria sunt exacti, et Paphlyiam commigrantes, eam quoque clade impleverunt. Atque hæc quidem de absurdis istis et ineptis hæresibus sint dicta. Eodem tempore Novatiani (1) quoque Phrygiam incolentes, Paschæ diem festum mutavere. Id porro exponam, ubi primum dixero, quamobrem Phryges et Paphlagonæ Ecclesiæ eorum tam firmiter retineant hujusmodi sanctiones. Novatus presbyter propterea ab ecclesia Româna discessit, quod Cornelius episcopus eos ad communionem admiserat, qui in persecutione ab imperatore Decio excitata, diis sacrificaverant. Hanc ipsam ob causam segregatus, et a consentientibus sibi episcopis ad episcopatum evector, omnibus ubique Ecclesiis scripsit, ne ad mysteria percipienda eos qui sacrificassent admitterent : sed ipsos quidem ad pœnitentiam collortarentur, Deo autem veniæ concessionem permitterent, qui solus facultatem haberet et posset

noxas remittere. Ejusmodi litteras in provinciis degentes homines cum accepissent, sententiam earum et judicium ad mores suos accommodabant. Ut enim ille significavit, non admittendos esse ad mysteria, qui post baptismum peccatum in mortem admisissent : aliis quidem acerba et immanis canonis hujusmodi visa est esse sententia, alii autem, quod justum et ad vitam moresque corrigendos accommodatum esse censerent decretum, susceperunt (2). De quo cum per quæstionem ambigeretur, aliæ Cornelii episcopi supervenere litteræ, gratiam delicti etiam illis annuntiantes, qui post baptismum peccassent. Ad hunc modum cum utriusque contraria inter se per epistolas scriberent, et quæ dicebant divinarum Litterarum oraculis obfirmarent, pro moribus quisque suis eam comprobabat sententiam, ad quam antea etiam inclinatus magis fuerat. Qui enim delinquere et peccare libenter soliti erant, ejuscemodi veniæ concessionem tum accepta, per reliquum deinde vitæ tempus ea in delictis omnibus utebantur. Gens porro Phrygum populis aliis temperantior moderatiorque esse videtur. Perraro enim Phrygæ jurant. Et iracundia quidem apud Scythas et Thraces dominatur : libidini et concupiscentiæ Orientales populi magis inserviunt : Paphlagonum autem et Phrygum gens ad neutrum rerum istarum propensa est. Neque enim ludi Circenses neque spectacula nunc apud eos exhibentur. Quapropter illi atque item alii ejusdem sententiæ mihi magis inclinare videntur ad ea quæ a Novato præscripta sunt. Præcipuum namque apud illos tanquam piaculum et abominatio est fornicatio. Et sane Phryges et Paphlagonæ moderate magis, quam alias quascunque hæreses, vivere videmus. Eandem causam esse opinor eis etiam qui in occidentalibus partibus habitant, et Novati decreto parent. Porro Novatus etiamsi propter exactius vitæ genus suam sibi sectam instituit, non ille tamen quidquam de Paschæ festo die mutavit. Semper namque, sicuti Occidentales partes facere soliti erant, et ipse Pascha celebravit. Pascha autem illæ semper agunt jam inde ab initio, ex quo Christiani sunt facti, post æquinoctium. Hic postmodum sub Valeriano principe, qui persecutionem adversus Christianos concitaverat, martyrio vitam finiit. Qui vero ejus nomine in Phrygia censentur, ab institutis et communione ejus cum sibi ipsis indulgentes degenerassent, hoc tempore paschale quoque festum mutarunt. Concilio enim in Pazo vico, ubi Sangaris annis **130** fontes sunt, coactio, pauci quidam et obscuri per Phrygiam Novatianorum episcopi stauerunt, Judæorum azyma observanda et cum eis Pascha celebrandum esse. Hæc sibi renuntiata esse Socrates (qui hoc loco non abhorre se a Novatianorum institutis palam præ se fert) a sene quodam

(1) Soer. lib. iv, cap. 28.

(2) Hæc ex Soer. excerpta, quem Novatiæ hæresis sectatorem Nicephorus esse censuit.

scribit (1), qui se presbyteri filium fuisse dixit, A est non incelebris) episcopi, a quibus tum maxime quocum Synodo ei interfuerit. Cum quidem eo Novatianorum religio est administrata. Hæc sic non convenerint vel Agellius Constantinopoli Novatianorum episcopus, vel Maximus Nicææ, vel propter eam synodum in partes discessit: sicuti etiam Nicomediæ aut Cotyæi (2) (urbs ea Phrygiæ suo loco dicemus.

CAPUT XV.

Ὁς, Εὐδοξίου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως τελευταίου, οἱ Ἀρειανοὶ Δημόφιλον προσβάλλοντο· οἱ δὲ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας Εὐστάθιον, Εὐσταθίου τοῦ Ἀρτιοχέως τοῦτον χειροτονήσαντος· καὶ ὅσα ἐπὶ τούτοις συνέβη.

Ut Eudoxio Constantinopolitano episcopo mbrtuo, Ariani Demophilum, Catholici autem Evagrium, Eustathio Antiocheno episcopo hunc ordinante elegerint: et quæ his acciderint.

Sed ut historiam persequamur (3), eo undè digressi sumus, revertendum nobis est. Imperator Valens Constantinopoli solvens, Antiochiam ad Orontem adire properavit. Et cum Nicomediam pervenisset (4), ibi hæc de causa restitit. Eudoxius Arianae sectæ episcopus statim post discessum imperatoris Constantinopoli vita defunctus fuerat, consulatu Valentiniani et Valentis tertio, cum quidem clavum Ecclesiæ Constantinopolitanæ annis undecim rexisset. Ejus in locum Ariani surrogarunt Demophilum quemdam. Professores autem ὁμοουσίου, consubstantialis, commodum se tempus, ut sedem episcopalem recuperarent, nactos esse rati, Evagrium suæ factionis presbyterum episcopum designarunt. Cui manus imposuit Eustathius, episcopus aliquando Antiochenus, qui a Joviniano quidem ab exsilio non ita pridem fuerat

revocatus, tum autem Constantinopoli privatus latebat, ut sua saltem præsentia ὁμοουσίου, consubstantialis, professores confirmaret. Ita factum, ut Ariani persecutionem adversus nostros renovarent. Ea res postquam est ad principem delata, veritus ille ne seditione et tumultu civitas turbaretur, militarem manum Nicomedia Constantinopolim misit, cum mandato ejusmodi, ut simul et ordinator et ordinatus comprehenderetur, atque alius alio exsulatum mitteretur. Eustathius igitur Bizyam (5), quod Thraciæ oppidum est, Evagrius in locum alium deportatus est. Proinde Ariani, quod plerique omnes in rebus secundis faciunt, magis magisque efferari, orthodoxos et recte sentientes admodum vexare, cædere, contumeliis afficere, in vincula conjicere, pecuniis etiam spoliare, intoleranda omnia adversus eos facere.

CAPUT XVI.

Περὶ τῆς ἀμώτητος τῶν Ἀρειανῶν, καὶ ὡς Οὐάλης κατὰ τὸν Ἀστακηνὸν τῆς Νικομηδείας πλοῖον ὀρθοήκοντα ἐκκλησιαστικὸς ἐπὶ μέσης θαλάσσης σὺν τῷ πλοίῳ πυρὶ παραδόλωσεν.

De crudelitate Arianorum, et ut Valens circa Astacenam Nicomediæ portum octoginta ecclesiasticos viros una cum navigio in medio mari igni combusserit.

131 Porro cum nostris dura hæc et gravia essent, ad principem precatores misere, si quo modo finem ærumnæ ejus obtinere possent. Cæterum illi opinione sua plurimum sunt falsi, ut qui justitiam se ab injusto impetraturos esse speraverint. Cum namque dilecti ex ecclesiastico ordine octoginta viri, quibus præfuit Urbasus, Theodorus, et Menedemus, Nicomediam venissent, preces imperatori obtulissent, et de vi tanta quiritati essent, indignatus ille, in præsentia quidem iram pressit: deinde autem clam Modesto præfecto præcepit, ut comprehensos eos necaret. Supplicii ejus modus, quia novus et insolens prorsus fuit, posteritatis memoriæ est mandatus. Præfectus, si viros religiosos, qui nihil commisissent, propalam perime-

ret, ne seditio in vulgo oriretur, veritus est: quapropter eos se in exsillum missurum esse assimilavit (6). In qua illi sententia magnis animis atque vivere. Ille navim eos, veluti solum exsilio causa versuros conscendere jussit, et nautis præcepit, ut in medio mari navem incenderent, ut cum eo modo illi interiissent, sepulcri cura carerent. Ventum est in sinum medium, qui Astacenus vocatur: ibi nautæ imperata fecerant. Nam ipsi scapha, quæ navem sequebatur, conscensa, navigium (7) in quo viri illi vehebantur, incendunt. Vehementius tum subsolanus ventus flabat, et proinde navis eo citius flammam concepit. Duravit ea usque ad locum Bithyniæ, qui Dacidizus nuncupatur, ibique una cum piis illis hominibus

(1) Sozom. lib. vi, cap. 24.

(2) Socr. habet Cotyanii. Legendum ex Suida, Cotyæi.

(3) Socrat. lib. iv, cap. 14 et 15.

(4) Sozom. lib. vi, cap. 13.

(5) Bizya arx regum Thraciæ, a Terei nefasto crimine iavisa hirundinibus. Pfin. lib. iv, cap. 11.

(6) Constantinopoli autem Ariani plures pios catholicosque presbyteros navi, in qua nullum

D erat instrumentum nauticum, imposuerunt, eamque pelago, ventis undique temere ferendam commiserunt. Deinde populares quosdam suos in navigio alio submittere, qui ignem illi injicerent. Sic sancti illi viri cum igne et aqua conflictantes, postremo in mari submersi, martyrii coronam receperunt. (Theodor. iv, cap. 24.)

(7) Socrates navale esse dicit.

in littore est absumpta. Sedenim factum tam trulentum vindicta est prosecuta. Fames siquidem repente tanta est in Phrygia orta, ut necessario incolæ patriam (1) relinquerent, et Constantinopolim se atque ad alias diversas provincias conferrent.

CAPUT XVII.

Περὶ βίου καὶ ἀγωγῆς καὶ παιδείας καὶ συμψυχίας τοῦ μεγάλου Βασιλεὺς καὶ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου· καὶ ὡς ἐπὶ τῆς ἱερατικῆς καθέδρας ἀρχήθησαν.

De vita, institutione, studiis, et intima amicitia magni Basilii et Gregorii Theologi: et ut ad sacerdotalem sedem sint proveci.

 μενος, τοιαῦτα πρὸς αὐτοὺς ἀνεφθέγγετο· « Δέομαι
 τὰδε βασιλεῖ ἀνειπεῖν, φίλα τέκνα· Χρεῶν, βασι-
 λεῦ, ἐκλογίζεσθαι, ὡς οὐ βασιλεὺς μόνος, ἀλλὰ καὶ
 ἄνθρωπος εἶ· μὴ τοῖνον πρὸς τὸν τῆς ἀρχῆς ὄγκον
 ὄρξ, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν φύσιν αὐτήν. Ἄνθρωπος
 γὰρ ὢν, ἀνθρώπων ἀρχεῖν ἐτάχθη· οἱ σοὶ ὁμοφυεῖς
 καὶ ὁμόδουλοι ὄντες, κατ' εἰκόνα θεῶν ἐν τῆς δη-
 μιουργίας τετίμηται. Τοῖνον μὴ οὕτως ἀλογίστω
 θράσει κατὰ τῆς θεῶν εἰκόνας χωρήσης. Τὸν γὰρ
 τῆς εἰκόνας παροξύνεις δεσπότην, τοὺς κατ' εἰκόνα
 ἡρημένους κολάζειν. Συνιδεῖν γὰρ ἄμεινον, ὡς σὺ
 χαλκῆς εἰκόνας χαλεπαίνων τῷ πλήθει, δεῖν δὲ ὄρξ-
 σαι διανοεῖς. Ὅσον δ' εἰκὼν ἐμψυχὸς ἀψύχου διαφέ-
 ρει εἰκόνας, τί χρὴ καὶ λέγειν; δῆλον γὰρ τοῖς καὶ
 μέτριον εἰληθῶσι τὸν νοῦν. Ἐπι δὲ τοῦτω κάκεινο
 ἐκλογίζεσθω, ὡς ἐκ τοῦ βράστου ἡμῖν πολλὰς ἐκ
 χαλκοῦ δημιουργῆσαι εἰκόνας, ἀντὶ μιᾶς ἐκείνης
 ἦν ἀλογίστω θράσει μαινόμενος δῆμος διέσπασεν.
 Ἐκείνῳ δὲ πάμπαν ἀμήχανον, κἂν εἰ τι ὄρξ ἐθελεῖν
 σοι, μίαν γοῦν τρίχα τῶν ἀνηρημένων δημιουργεῖν. »
 Ἄ δὴ πρὸς τοῦ σοφοῦ ἐκείνου διακούσαντες γέρον-
 τος, ὡς ἀφελῶς οὕτως εἰρήκει, τῷ βασιλεῖ διαγγέ-
 λουσι· καὶ οὐκ ἐλάχιστα τῇ Φλαβιανοῦ πρεσβεῖα
 συνήραντο, ὥστε τοῦ θυμοῦ τῷ βασιλεῖ κατασθέ-
 σαι τὴν φιλόγα. Καὶ γὰρ ἐς ὕστερον ἀφείδεν τὴν ὄργην
 καὶ τὰς ἀπειλὰς, κοινὴν ἀπολογίαν τῷ πλήθει ἔγρα-
 φε, τὸ ἔγκλημα συγχωρῶν· ἐν ἧ καὶ τῆς ὄργης τὴν
 αἰτίαν ἐδήλωσε. Διεξῆκει γὰρ σὺν ἄλλοις καὶ τοῦτο,
 ὡς· « Οὐκ ἔχρη, ἐμοῦ ἰσως ἕξαμαρτόντος, γυναῖκα
 πάσης ἀρετῆς καὶ εὐφημίας ἀξίαν, καὶ ταῦτα μετὰ
 τὴν ἐνθὲνδε ἀπαλλαγὴν, τοσαύτην ὑποστῆναι τὴν
 παροιμίαν. Εἰ γὰρ ἔχρη, κατ' ἐμοῦ τέως ἔδει, φησί,
 τῷ θυμῷ χρῆσασθαι. » Προσετίθει δὲ τῷ τέλει, ὡς
 καὶ σφόδρα χαλεπῶς διετέθη, τῶν τινος ἐπιστήμων
 τῇ πόλει παρὰ τὴν ἐκείνου γνώμην ἀνηρῆσθαι ἀνη-
 κοῶς. Τοῦτο τέλος ἔσχε καὶ ἡ κατὰ τὴν Ἀντιόχου
 στάσις ἐπιγενομένη τῷ ἀνδριάντι. Καὶ γε ταύτην
 διεξῆλθον, ὅσον ὤνησεν ὁ Ἀμβροσίου νόμος, δεῖκνύς,
 τὴν τε παρῶσιν τοῦ ἀσφοῦ γέροντος μὴ συγκα-
 λύψαι τὸν χρόνον πειρώμενος· προσέτι δὲ δεῖκνύς
 καὶ τὴν τοῦ βασιλέως περὶ τὰ θεῖα εὐλάβειαν, καὶ
 τοῦ θεοῦ Φλαβιανοῦ τὴν ποιμαντικὴν· ὅπως τῆς
 ποιμνῆς ὑπεριστάμενος δεξιῶς τὴν πρεσβεῖαν με-
 τῆλθε, τὴν ἐκ βασιλέως λύσας ὄργην.

veste, ut utriusque ex equo descendere jussit. Et illi
 exile silicernium pannis vilibus amictum cernen-
 tes, primum moleste id tulere: deinde a quibus-
 dam de virtute hominis certiores facti, confestim
 ex equis desiluerunt, et ad pedes senis provoluti,
 non novisse se eum affirmarunt, veniamque pre-
 cibus ab eo postularunt. Ille vero divina gratia
 repletus, hisce ad eos verbis est usus: « Ut man-
 data hæc ad imperatorem referatis, dilecti filii,
 oro. Meminisse te, o imperator, oportet, non so-
 lum principem, **327** sed hominem etiam te esse.
 Proinde non ad imperii tantum amplitudinem
 respice, sed naturam quoque ipsam considera.
 Cum enim homo sis, hominum tibi imperium
 commissum est: qui cum ejusdem tecum sunt
 sortis, et conservi adeo tui, tum ab ipsa creatione
 imagine Dei cohonestati sunt. Itaque ne tam ve-
 sana audacia adversus divinam imaginem grasseris,
 vide. Imaginis enim Dominum ad iram concitabis,
 si in eos qui imaginem illius gerunt, sævias. Tum
 autem illud etiam te dispicere decet, te propter
 æream imaginem multitudini infensum, crudeliter
 in eam animadvertere velle. Quanto autem imago
 animata inanimatæ præstet, quid dicere opus est?
 Nam id eis etiam, qui vel mediocrem obtinent
 mentem, constat. Illud præterea sæc cogites, nobis
 quidem perfacile esse, plures ex ære facere ima-
 gines pro una illa, quam recordi temeritate insana
 plebs comminuit: te autem nequaquam efficere
 posse, quantumvis contendas, ut vel capillum
 unum eorum qui cæsi sint, creare valeas. » Hæc
 illi a sene sapiente audita, sicuti simpliciter dicta
 erant, ita imperatori reuuntiarunt. Non parum
 etiam, sicuti dixi, Flaviani legatio illis profuit, ut
 iræ flamma in imperatore exstingueretur. Postea
 namque ira et minis omissis, communem populo
 scripsit defensionem, crimen illi condonans, in
 qua iræ etiam causam exposuit. Inter alia enim et
 illud commemoravit: « Etiam si ego forte quid-
 quam deliquissem, minime tamen contumeliam
 tantam, mulierem omnis virtutis laude dignam,
 idque cum jam illa ex hac vita migrarit, sustinere
 decuit: ac si quid factum oportuit, adversus me
 furore uti conveniebat. » Ad finem quoque appo-
 suit: Gravissime se tulisse, quod præclaros ali-
 quot in ea urbe viros, præter sententiam suam,
 interemptos esse audivisset. Hunc finem habuit
 seditio contra statuzam Antiochiæ concitata. Atque
 hæc retuli, ut quantum Ambrosii lex emolumenti
 attulerit, ostenderem: et dicendi libertatem insi-
 pientis illius senis, ab oblivione et temporum vi
 præluit, laborans, legationem recte obierit, et

328 CAPUT XLV.

De Donato episcopo Eurææ, item Theotimo Scythiarum episcopo : et quæ ii ediderint miracula.

Ea ætate multi, in omnibus orbis partibus, episcopalem præclare gerentes dignitatem enituerunt. In quibus Donatus ille fuit, Eurææ in Epiro antistes : quem multa edidisse miracula, ejus loci incolæ testantur ; in primis autem illud, quod dracone interfecto exhibuit. Manebat draco iste ad viam publicam : locum eum incolæ Χαμαιγεφύρας, hoc est, Pontem terreum, nominant. Hic non oves tantum atque boves, sed equos etiam et homines prætercuntes devorabat. Adversus feram hanc cum Donatus iret, non ense aut hastam, aut aliud quoddam armorum genus, quibus tutari nos solemus (1), secum attulit : sed signo crucis digitis in aere conformato, serpentis os percussit : qui viri sancti præsentiam sentiens, magnum quiddam sibilans, et caput in sublime tollens, tractumque corporis provolvens, devorare illum contendit. At Donatus ad crucem illud addidit, ut in os draconis expueret. Et ille saliva ore excepta, identidem se circumvolvendo complicans, statim interiit. Magnitudine fera ea eis non cedebat, quæ apud Indos esse dicuntur. Magna enim vi, ab octo boum paribus, in vicinum campum protractam, incolæ igni combusserunt, ne ita jacens atque putrescens aërem inficeret, et contagione pestiferum hominibus afferret morbum. Donati hujus celebre quoque ibi monumentum esse audivi, quod etiam orationis domus sit. Oppidum præterea de nomine ejus appellatum, ad quod fons est copiosam provolvens undam, qui antea quidem non fuerit, precatione autem ejus divinitus extiterit. Arida namque regio ea ab initio fuerat, neque ibi humor neque latex apparuit. Et cum aliquando ex itinere fessus eo Donatus venisset, et comites suos aquæ penuria languescens vidisset, primum ille Deum est precatus ; deinde terram manu fodit, atque illico aquæ fluentia inde prosilierunt, quæ ad hoc usque tempus profluere non desinunt. Testantur hæc vicini, qui Isoriam incolunt, in qua miraculum hoc accidit. **329** Floruit tum quoque in Tomitana urbe et reliqua Scythia Theotimus ille, genere quidem homo Scythia et Barbarus, sed in præstantissima omnium philosophia educatus, et totius Scythicæ ecclesiæ administrationem sortitus : quem Hunni, qui ad Istrum jamdudum habitant, virtutem ejus admirati, Romanorum deum nominabant : multa namque divina facta in eo experti fuerant. Porro memoriæ proditum est, iter ei ibi in barbara regione facienti, prædones quosdam occurrisse, qui hostiliter ad civitatem Tomitanam excurrerant. Cum autem comites ejus discrimine eo circumventi, statim se interituros putarent, ex equo ipse descendit, et oravit. Ita factum, ut prædones eandem insistentes viam,

A

ΚΕΦΑΛ. ΜΕ.

Περὶ Δονάτου τοῦ ἐπισκόπου Εὐρώας, καὶ Θεοτίμου τοῦ Σκυθῶν ἱερέως· καὶ περὶ τῶν θαυμάτων αὐτῶν ἐτέλεσαν.

Τηνικαῦτα δὲ πολλοὶ ἀπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἱερατικῆν ἀξίαν ἠμφιεσμένοι διεπρεπον· οἷς Δονάτος ἐκεῖνος Εὐρώας ἦεν· ἐν Ἠπειρῷ τὴν ἐπισκοπὴν κληρωσάμενος· ὃν δὴ πολλὰ τελέσαι θαύματα μαρτυροῦσιν οἱ ἐπιχώριοι, καὶ δὴ καὶ ὅπερ περὶ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ δράκοντος διεπράξατο. Ὅκει δὲ ὁ δράκων οὗτος παρὰ τὴν λεωφόρον· Χαμαιγεφύραι ὁ τόπος ἐγχωρίως ὠνόμαστο. Οὗτος δὲ οὐ πρόβατα καὶ βόες μόνον ἀρπάξων θοίνην ἐαυτῷ ἐποιεῖτο, ἀλλὰ καὶ ἵππους καὶ ἀνθρώπους παριόντας ἐβόσκειτο. Ἐπὶ δὴ τῷ θηρίῳ τούτῳ Δονάτος ἦκων, οὐ ξίφος ἢ ἄρμα ἢ ἄλλο τι τῶν ἀμυντηρίων ἐπεφέρετο ὅπλων· τὸ σταυρικὸν δὲ σημεῖον εἰς ἀέρα τοῖς δακτύλοις διατυπώσας, ἀντιπρόσωπον ἐβαλε· τὴν παρουσίαν γὰρ τοῦ ὁσίου αἰσθόμενον, συρίττον μέγα, τὴν κεφαλὴν ἐξανέστησε, καὶ τὸν ὄλκην παρεξέλιττον τοῦ σώματος, ἐπεχείρει καταπιεῖν. Ὁ δὲ πρὸς τῷ σταυρῷ καὶ εἰς τὸ στόμα ἀπέπτυνεν. Ὁ δὲ δράκων τὸν σίεον κατὰ τοῦ στόματος εἰσεδεξάμενος, αὐτίκα διέσπαστο εἰς πολλὰς ἑλικὰς συστραφεῖς. Ἦν δὲ τὸ θηρίον τὴν παρ' Ἰνδοῖς ἱστορουμένων οὐκ ἐλαττον κατὰ μέγεθος· βίβη γὰρ ὑπὸ ζεύγεσιν ὀκτῶ παρὰ τῶν ἐπιχωρίων ἐξεκλυσθὲν, εἰς τὸ γειτονοῦν πεδίον πυρὶ παρεδόθη, ὡς ἂν μὴ οὕτως ἐρβόμενος διασαταί, τὸν ἀέρα λυμανεῖται τῇ μετουσίᾳ, καὶ λοιμώδη νόσον ἐπιτεξοῖ τοῖς ἐγχωρίοις. Τοῦτου δὲ τοῦ Δονάτου καὶ τάφον ἐπιθόμην εἶναι ἐκεῖσε ἐπίσημον, εὐχῆς οἶκον ὄντα, καὶ ἄστυ, εἰς ἐπώνυμον ἐκεῖνου καλούμενα· ἐν ᾧ γειτονοῦσα πηγὴ διαφαίνεται, ἄφθονα προϊεμένη τὰ νάματα, ἢ πρότερον μὲν οὐκ ἦν, εὐχαίς δ' ἐκεῖνου τὸ θεῖον ἀνήκεν. Ἄνυδρος μὲν γὰρ ἦν ὁ χώρος· οὗτος δὲ ἐξ ἀρχῆς· καὶ οὐτε νοτίς ἢ λιθάς ἐκεῖ διαφαίνεται, καὶ ποτ' ἐξ ὁδοπορίας τῶν, τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ταλαιπωρουμένους ἰδὼν τῇ ἀπορίᾳ τοῦ ὕδατος, ἐξασθαί μὲν τὰ πρῶτα, ἔπειτα λαχθῆναι τὴν γῆν τῇ χειρὶ· καὶ εὐθὺς βρατὴ ὕδατων ἀνέθρωσκον, καὶ ἐς δεῦρο οὐ κατέλιπον βέουσαι· καὶ μαρτυροῦσι ταῦτα, οἳ τὴν Ἰσωρίαν οἰκεῖν ἐλαχον, καθ' ἣν καὶ τὸ περιδοξον τοῦτο συνέθη. Ἦκμαζε δ' ἐν Τόμει καὶ τῇ λοιπῇ Σκυθίᾳ κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον καὶ Θεοτίμος ἐκεῖνος, Σκυθῆς μὲν καὶ βάρβαρος ἀνθρώπος, φιλοσοφία δὲ τῇ ἀρίστῃ τραφεῖς, τῆς δ' ἐν Σκυθίᾳ πίστεως ἐκκλησίας τὴν ἐπιτροπὴν ἔχων· ὃν Οὐννοὶ οἱ παρὰ τὴν Ἰστρον πάλαι ποτ' οἰκοῦντες, τῆς ἀρετῆς ἀγάμενοι, θεῖν Ῥωμαῖον εἶναι ὠνόμαζον· πολλῶν καὶ γὰρ θεῶν πραγμάτων ἐπ' αὐτῷ πείραν ἔσχον. Ἰστόρηται γοῦν, ὡς ὀδεύοντι τὴν ἐνθάδε βάρβαρον γῆν, ληστὰς τινὰς ὑπαντήσαι τούτῳ, ἐναντίας ἐπὶ Τόμει ἐλαύνοντας. Τῶν δ' ἀμφ' αὐτὸν ἐν περιπέσει γενομένων ὡς ἀπολουμένων αὐτίκα, ἀποδὲς τοῦ ἵππου τῆξαστο. Οἱ δὲ λησταὶ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ διελθόντες, οὐς· ἐκεῖνον, οὕτε τοὺς περὶ αὐτὸν, ἀλλ' οὐδὲ τοὺς ἵππους ἐφ' ὧν ἐποχοὶ ἦσαν, θεασάμενοι, παρέδραμον. Ἐπεὶ δ' ἐκεῖνοι πλείστοι ὄντες ἐπί-

(1) Sozom. vii, cap. 25.

μενοι τοῖς Σκύθαις κακῶς ἔπραττον· φύσει γάρ ἄνθρωποι θηριώδεις καὶ βάρβαροι· τέχνη δὲ τινι ἐκ τοῦ ἄγαν ἀγρίου εἰς ἡμερότητα καθίστα, ἐστιῶν τε καὶ δώροισι φιλοφρονούμενος, καὶ λόγοις ἐπεικῆσαι τὸ θηριώδες ἐκείνων ἐκμειλισσόμενος. Καὶ δὴ τις ἐκείνων οἷς ἔπραττεν, εὐπορον εἶναι ὑπολαβὼν, ἐπιβουλὸς ἐκείνῳ καθίστατο, καὶ εἶεν τὸν δεῖον ἐπειράτο. Βρόχον δὲ παρασκευάσας, ἐπεὶ, ὡς εἴωθει, ἐρειδόμενος ἀσπίδι τοῖς ἐναντιοῖς Θεότιμος διελέγετο, ἀνασχὼν ἐκείνος τὴν χεῖρα, ἀκοντίζεν τὸ σχοινίον ἐμείλιν· ὡς πρὸς ἑαυτῷ καὶ τὸ σύμπνοον ἐκείνῳ ἐλκυστῶν φύλον. Ἄμα δὲ τῇ ἐπιχειρήσει καὶ ἡ χεῖρ οὕτω εἰς ἀέρα ἐκτεταμένη διέμεινε· καὶ οὐ πρότερον τῶν ἀοράτων ἀφείθη δεσμῶν, ἕως οὗ Θεότιμον λιπαρῆσαι τὸ θεῖον, πλείστα τῶν ἄλλων ἐκτευσάντων βαρβάρων. Λόγος γε μὴν ἔχει κομήτην ἐξ ἀρχῆς οὕτως, ἀφ' οὗ τῷ φιλοσοφεῖν ἐπέβαλεν, οὕτω διαμείναι καὶ ἐς τέλος· εἶναι δὲ καὶ τὴν ἄλλην δίαίταν αὐτῷ λιτὴν πάντοτε. Τροφῆς δὲ οὐχ ἕνα ἤδει καιρὸν· διάφορος δ' ἦν· ὠριζέτο γὰρ τοῦτον, ὁπόταν πνοιῆ ἡ διψοῖ. Καὶ γὰρ ταῖς ἀληθείαις καὶ τοῦτο φιλόσοφος ἦν, τοῦτοισι μὴ πρὸς βλαστῶν, ἀλλὰ πρὸς χρεῖαν εἴκειν.

talem eum usque ad vitæ finem permansisse. Reliqua vero quotidianæ vitæ consuetudo ei simplex valde fuit. Alimentum capiendi non unum, sed diversum habebat tempus: tum enim id sumebat, cum esuriret, aut sitiret. Nam et hoc plane philosophi est, rebus his ad necessitatem, non ad voluptatem frui.

ΚΕΦΑΛ. ΜΓ'.

Περὶ τοῦ ἁγίου Ἐπιφάνιου τοῦ ἐπισκόπου Κύπρου, οὗτος ἦν· καὶ περὶ τῶν παραδόξων ἔργων αὐτοῦ.

Ἐν τούτῳ δὲ ἦνθαι καὶ Ἐπιφάνιος ὁ τὴν Κύπρον ἱερατεύειν λαχὼν· οὐ μόνον ζῶντα ἐπίσημον εἰς ἄκρον ἐποίει ἡ βιοτή, ἀλλὰ καὶ Θεὸς τιμῶν τὸν ἄνδρα, παραδόξων ἔργων αὐτουργῶν ἐδείκνυ, καὶ ἐτι περιόντα καὶ τελευτήσαντα. Καὶ γὰρ λόγος, ὃ μὴ περιόντι ὑπῆρξεν, ἀποθανόντι γενέσθαι. Πολλοὺς γὰρ δαιμονῶντας, παρὰ τὸν τάφον ἰόντας, ἀπαλλάττεσθαι τῆς μάστιγος· καὶ ἰάσεις ἄλλας καὶ ἐς δεῦρο δὴ πράττεσθαι. Πολλὰ δὲ καὶ ζῶντι τούτῳ πρᾶξαι ἀνατιθέασιν οἱ ἐγχώριοι. Ἐγὼ δὲ τὸ εἰς ἐμὲ ἦκον ἐκδιηγῆσομαι. Ἦν μὲν γὰρ μεταδοτικὸς λίαν, ἦν τις ἐδεῖτο πίνης, ἢ ναυαγίῳ, ἢ ἀλλοτρόπως δυστυχῆσας· ὡς δὲ τὴν οἰκίαν οὐσίαν πάσαι ἀνάλωσεν ἐν τοιοῦτοις (πόση γὰρ ἂν καὶ ἦν;) τοῖς τῆς ἐκκλησίας χρήμασιν ἀπεχρήτετο, καὶ εἰς δέον, τὸ τοῦ λόγου, ἐσπάθα. Πολλὰ δὲ ἦσαν ταῦτα τὰ χρήματα· οἷς γὰρ μέλον θεοφιλῶς ἀναλίσκειν, καὶ ζῶντες καὶ τῶν ὡδὲ ἀπολιροντες, τῇ κατ' αὐτὸν ἐκκλησίᾳ πλείστα παρεῖχον. Καὶ γὰρ ἐν ἐλπίσει ἦσαν χρησταῖς, ὡς λίαν οικονομικὸς καὶ θεοφιλῆς ὢν ὁ ἄνθρωπος, κατὰ γνώμην αὐτοῖς διαθήσει τὰ δεδομένα. Καὶ ποτε μετρίων καταστάσεων τῶν χρημάτων τῇ συχνῇ μεταδόσει, χαλεπήναι τὸν αὐτὰ διανεμόμενα, καὶ ἐπιμέμψασθαι ὡς ἄγαν εἴη διαπνηρὸς· ἐκείνων δὲ μὴδ' οὕτω τι καθυφεῖναι, φιλοτιμῶς ἐπιχορηγοῦντα τοῖς ἐνδεέσι. Ἐπεὶ δ' ἄπαν ἤδη τὸ χρυσίον ἀνάλωτο, προσίτων τις τῷ δω-

(1) Sozom. Eod. cap. 26.

neque ipsum, neque comites, atque adeo equos quibus vehabantur, conspicati, præterirent. Et cum illi, utpote qui plurimi essent, in Scythas impetum facientes damna inferrent (natura enim feri et barbari erant), arte quadam, ex agrestis admodum more ad mansuetiorem vitam eos traduxit, convivio excipiens, et donis sibi concilians, verbisque humanioribus ferinam illorum crudelitatem demulcens. Sed enim ex eis Hunnis quidam, quibus benigniter faciebat, locupletem eum esse arbitratus, insidias homini sancto struxit, et capere eum contendit. Et laqueo parato, cum more quodam suo, clypeo innixus Theotimus ad hostes verba faceret, manu ille sublata conjicere in eum funem voluit, ut simul ad se cum eo quæ aspiciat ejus sequeretur gentem pertraheret. Sed ecce una cum conatu manus ejus in aere extenta hæsit: neque prius illa vinculis talibus quæ in conspectum non caderent, liberata est, quam Theotimus Deum pro eo exoraret: quod quidem ut faceret, plurimum eum reliqui Barbari rogarunt. Fama quoque fert, quandoquidem comatus, cum se ad id genus philosophiæ contulisset, fuerat,

330 CAPUT XLVI.

De sancto Epiphania episcopo Cypri, qualis fuerit: et de admirandis ejus operibus.

Tum vero quoque floruit Epiphanius, Cypri episcopus: qui vir non solum vivens, propter vitæ sanctitatem clarissimus fuit; sed cum Deus etiam cohonestans, miraculorum operum patratorum esse ostendit, superstitem simul et defunctum (1). Et fama obtinet, quod vivo non evenit, id mortuo accidisse: ut scilicet dæmonibus agitati multi ad sepulcrum ejus accedentes, plaga ea liberarentur, et multæ præterea aliæ sanationes hodie quoque ad id flant. Multa vero etiam viventem cum admiratione omnium fecisse, incolæ ejus insulæ ferunt. Ego autem, quantum in mea potestate situm fuerit, exponam. Fuit namque perliberalis in egenos, sive naufragiæ, sive alio adversæ fortunæ modo jactati essent. Ubi autem virtute ea rem familiarem suam (quanta autem ea fuit?) consumpsit, ecclesiæ pecuniis est abusus, quas quodammodo in honestum et necessarium usum dilapidavit: multæ autem hæ fuerant. Nam quibus curæ erat, ut substantiam suam in pio usus erogarent, et viventes et morientes plurima ecclesiæ ejus donarunt. In bona enim spe erant, virum Dei amantem, et prudenter pecunias distribuentem, ex sententia sua, quidquid ita dedissent, expensurum esse. Et cum aliquando propter frequentem largitionem, pecuniæ admodum deere-

vissent, quosdam id moleste ferentes, et ecclesie æconomum præcipue, reprehendisse eum, quod tam sumptuosus et prodigus esset, ferunt. Cæterum ne tam quidem de more suo, quin liberaliter indigentibus largiretur, quidquam remisit. Cum autem jam aurum omne consumptum esset, accedens quidam ad eam domum, in qua dispensator iste agebat, ingentem quamdam et mirificam crumenam cum magno auri pondere ei in manus dedit: et statim abiit, neque quis ipse esset, neque qui id misisset, indicans. Perquam vero mirum visum est latere eum, qui tantam vim pecunie dedisset, voluisse: factumque id considerantes homines, divinam eam esse liberalitatem, conjecturam fecere. Atque hoc quidem sic actum. Aliud vero de eo audio, quod Gregorii illius miraculo simile fuit, qui olim Neocæsareæ in Ponto ecclesiam gubernaverat. **331** Neque propterea fidem non habere prodigii ejus testimonio æquum est, quod idem Epiphanius peregerit: quandoquidem neque Petrus solus apostolorum coryphæus et princeps, mortuum exsuscitavit, sed et Joannes Ephesi, et alii alibi, imo etiam Hierapoli Philippi filie. Sæpe namque evenit, sicuti par et credibile est, ut eadem et olim veteres, et nostræ ætatis Dei amantes homines, miracula edant. Quod autem historia commemorare jubet, sic habet: Aliquando sacrum hunc Epiphanium duo quidam in via mendici observarunt: et cum non poenitendum aliquid se ab eo accepturos existimarent, alter in solo, spiritum continens perinde atque mortuus esset, jacebat: alter autem veluti familiaris ejus lamentans et flens, inopiam eam assidue nutabat, ut funeris impensas non haberet, et penuriam tantam cum reprehensione ejus deplorabat. Porro Epiphanius præteriens, nihil quidem aliud quam quod jacenti illi requiem precatus est, dixit. Exiguam autem quiddam ad illum funerandum ploranti dedit, illa verba adjiciens: « Curam hujus funeris habe, et tandem flere desine. Nam hic nunc non resurget. Mortem autem, quæ communis omnium et inevitabilis, necessitate quadam obeunda est, animo te forti ferre oportet. » Hæc Epiphanius dixit, et abiit, cœptam perfecturus ambulationem. Cum autem ea in via nemo alius appareret, ille qui sic steterat et ploraverat, jacentem, indicio pedis concussionem dato, ut conurgeret, admonuit: simulque eum laudavit, qui tam egregie mortui hominis habitum retulisset; et: « Age tandem exsurge, inquit, ut in præsentia versutæ tuæ hilarius vivendo fructum percipiamus. » Ubi autem ille amplius neque dicentem audiit, neque modis omnibus significationem aliquam, se vivere, exhibuit; alter cursu celeri episcopum est consecutus, eique fraudem quam inopia coacti commenti essent, indicavit: et jam

ματίω οὐ διήγεν ὁ οἰκονόμος, μέγα τι καὶ ὑπερφύε βαλάντων πολλῶ χρυσοῦ δίκῃ βαρυνόμενον ἀνὰ χεῖρας βαλὼν, ἀπιὼν ὤχετο, μήτε τις ὁ δούς ἦ καὶ ὁ πεπομφῶ; δῆλον πεποικηκῶς. Καὶ γε παράδειξον λίαν ἐδῶκει, ἐπιδόσει τοσοῦτων χρημάτων ἀγνωστον ἑαυτὸν ὄστις ἦν ὁ δούς, καταστήσει. Εἰς νῦν δὲ θέμενοι, θειωτέραν εἶναι τὴν πρᾶξιν συνέβαλον ἡπαντας. Τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον· ἕτερον δὲ αὐτοῦ πυνθάνομαι, ἐπίσης μὲν Γρηγορίῳ ἔχον, ὃς πάσαι τὴν ἐκκλησίαν ἐπετρόπευε τῆς κατὰ Πόντον Νεοκαισαρείας. Οὐ μὴν γε παρὰ τοῦτο ἀπιστεῖν δίκαιον, καὶ Ἐπιφανίῳ τὰ ἴσα διαπεπράχθαι· ἐπεὶ τοὶ γε οὐδὲ Πέτρος, μόνον ὁ τῶν ἀποστόλων κορυφαῖος, νεκρὸν ἀνίστα· ἀλλὰ καὶ Ἰωάννης κατὰ τὴν Ἐφεσον, καὶ ἀλλαχοῦ ἕτεροι· οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ αἱ θυγατέρες Φιλίππου κατὰ τὴν Ἱεράπολιν. Τὰ δ' αὐτὰ πολλῶς οἷα εἰκὸς ἐξεργάσθαι συνέδη παρὰ τε τῶν πάλαι καὶ νῦν θεοφιλῶν ἀνδρῶν. Ὁ δὲ λέγειν ἡ ἱστορία ὠρμηται, τοιοῦδε ἐστί· Ποτὲ παριόντα τὸν ἱερὸν τοῦτον Ἐπιφάνιον δύο τινὲς ἐπιτηρήσαντες ἐνόησαν πένητες, καὶ λογισάμενοι μεζῶν τε ἐξ ἐκείνου λαβεῖν, ὁ μὲν ἐπ' ἐδάφους ἀπλωθεὶς ἔκειτο, συστειλάς τὸ ἄσθμα οἷα δῆθεν νεκρὸς· ὁ δ' οἷα συνήθης διουφυρόμενος ἔκλαιε· καὶ ἐσχηματίζετο τὸ μηδ' εὐπύρως ἔχειν θάπτειν αὐτὸν, τῆς ἐνδοείας καταμεμφόμενος. Ὁ δ' Ἐπιφάνιος παριὼν οὐδὲν μὲν ἔλεγε, μόνον δ' ἀνάπαυσιν τῷ κειμένῳ ἐπηύχετο. Βραχὺ δὲ τι πρὸς κηδεῖαν δούς, ἡ Ἐπιμελοῦ τοῦ κειμένου, ἡ τῷ δακρύνοντι ἔφη· « καὶ παῦσαι κλαίων ποτέ· οὐ γὰρ νῦν ἀναστήσεται. Τὸ δὲ κοινὸν τε καὶ ἀπαραίτητον καὶ ἀποκείμενον ἐξ ἀνάγκης τέλος, χρεὼν καὶ σὲ φέρειν γενναίως. » Ταῦτ' εἰπὼν Ἐπιφάνιος, παρῆλθε τὴν σφειτέραν διανύων ὁδόν. Ὡς δὲ οὐδὲς ἕτερος κατὰ τὴν ὁδὸν διεφαινετο, ὁ ἐστὼς τε καὶ ὀδυρόμενος ἀσθησὶν δῆθεν τῷ κειμένῳ εἰδίδου ἐγείρεσθαι. Ἐπήγει δὲ ἅμα τῇ κινήσει, ὡς σοφῶς μάλα ἐσχηματίσαστο τὸν νεκρὸν· καὶ, ἡ Ἄγε δὴ, ἔλεγε, ἐξεγείρου· καὶ τότε νῦν τῆ σῆ ἐντροφυώμενη σφιστεῖα. » Ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος οὐδὲν μᾶλλον οὕτε λέγοντος ἤκουεν, οὕτε πᾶσι τρόποις παρέχοντος ἀσθησὶν τὸ ζῶν εἶναι ὑπέφαινε, σπουδῆ τὸν ἱερεῖα εἰδίωκε· καὶ φθάσας, τὴν ἐξ ἐνδοείας σφῶν μηχανὴν κατεμήνυε· καὶ ταῖς ἀληθείαις κλαίων καὶ ὀδυρόμενος, ἀνίστασθαι τὸν ἑταῖρον κατελίπαρει. Ἐκεῖνος δὲ μὴ δυσχεραίνειν ἐπὶ τῷ δράματι· ἐπειπὼν, ὀπίσω ἀνεπιμπεύ· ἀναλθεῖν γὰρ τὸ γεγονός θεὸς οὐκ ἤθούλει πιστώσασθαι ἅπαντας ἡρημένους, ὡς γε οἴομαι, ὡς αὐτὸν γ' ἐκεῖνον θεὸν πάνθ' ὄρωμενα καὶ ἀκούοντα ἀπατώσιν, ὅσοι δὴ τοιαῦτα δρᾶν ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ θεράπνουσι τόλμη προάγονται, καὶ σφᾶς αὐτοὺς μᾶλλον ἐξαπατώντες λελθασιν. Ἐν κλοίῳ δὲ θανεῖν ἔγνω τὸν Ἐπιφάνιον· ὅν οἱ περὶ αὐτὸν μέλιτι ἐμβάλοντες, ἴνα μὴ τι ἀγῆδες ἴσους πάθῃ, κατὰ τὴν Κύπρον διέσωσαν. Καὶ τὰ μὲν περὶ Ἐπιφανίου τοσαῦτα ἐκ πάντων πολλῶν ὄλγῳ διηγησάμεθα.

citra fucum vere flens et lamentans, ut socium suum resuscitaret, supplicavit. Epiphanius autem, postquam illi, ne factum id graviter ferret, dixit, hominem dimissum absolvit: quod Deus rem eam retractatam nollet: fidem facere omnibus volens, ut equidem puto: qui tentare et facere talia in ministris ejus audeant, illum ipsum Deum, qui

videat et audiat omnia, eos falsum ire, seque adeo ipsos potius inscios fallere. **332** Epiphanium vero in navi mortuum esse intellexi : quem comites ejus melle oblitum, ne quid forte ingratum corpori accideret, in Cyprum detulerunt. Hæc pauca ex multis de Epiphanio recensui.

ΚΕΦΑΛ. ΜΖ'.Ι

Περὶ Ἀκακίου τοῦ Βεῤῥόλου, καὶ Ζήνωνος καὶ Ἀϊατος, ἀγίων ἐπισκόπων.

Ἀνὰ δὲ τὴν τῆς Συρίας Βεῤῥόλου καὶ ὁ πολὺς Ἀκάκιος τῆ Ἱερουσόλῃ διεπρεπευ, ἐξ ἔτι νέου πά·υ ἀκριθῶς κατὰ μοναχούς ἀσκηθεὶς· ὧ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα κατώρθωτο· μέγιστον δ' ἀρετῆς τεκμήριον ἔδωκεν, ὅτι περ τὸν ἀεὶ χρόνον καὶ ὑπὸ καὶ λοιποῖς τῷ τῆς ἐπισκοπῆς αὐτῷ καταγώγιον ἀνεωγμένον ἐτύγχανεν ὄν· ὡσεὶ ἀδεῶς αὐτὸν ὄρβῃ πάντας· ζήτους τε καὶ ἐπιχωρίους· ὁ καὶ ὑπερφυῶς ἐγὼ μάλιστα διὰ θαύματος τίθεμαι· ἡ γὰρ ἐδείκνυ οὕτω βιῶναι ὡς ἀεὶ πεποιθὼς εἶναι, ἡ τοῦτο ἐπινοῆσαι λογίζομαι, τὸ εἰς κακίαν τῆς φύσεως ἐτοιμον παραιτούμενος· ἀεὶ γὰρ φωραθῆσθεσθαι προσδόκιμος ὢν ὑπὸ τῶν ἐξαπίνης εἰσιόντων τῆ πικρῇ φυλακῇ, μηδ' εἰ βούλοιο, ἀμαρτάνειν ἔχειν, ἀλλ' ἐν σπουδῇ ἀεὶ καθεστάναι. Ἐν δὲ τῷ τότε καὶ δύο τινὲς ἀδελφοὶ ἐπιστήμῃ ἤσαν· οὐκ ἐν μοναγίους ἐπιβαλόντες τῷ φιλοσοφείν, ἀλλ' ἐν τῷ παραλίῳ τῆς Γάζης, ὧ Μαιουμά· ὄνομα. Ζήνων δὲ καὶ Ἀϊας οἱ καθ' ἑαυτοὺς ὠνομάζοντο. Πιστοὶ δὲ περὶ τὸ καλῶς θρησκείην ἐγένοντο· καὶ πολλὰκις ὑπὸ τῶν Ἑλληνιστῶν οἷα Θεὸν τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦντες, ἀπηνῶς καταξάνθησαν. Αἴας μὲν οὖν ὡραία γυναικὶ συζυγεὶς, ἐς τρίτον αὐτῆ συνεγένετο, παρ' ὅσον ταύτῃ συνήκει χρόνον· καὶ τρεῖς παῖδας ἐτετεύθεν γεννῆσαι, λέγεται· τοῦ λοιποῦ δὲ τῆ γαμετῆ ἀποτάξασθαι τοιαύτης ἕνεκα συνουσίας· μοναχικὴν δ' ἐπιλέξασθαι βιοτήν· ἐπελκῶσαι δὲ καὶ τοὺς δύο παῖδας καὶ παῖσαι μὴ γῆμαι, ἀλλ' ἐπὶ τὰ θεῖα τὴν σπουδὴν μεταθεῖναι· τὸν δὲ τρίτον συνοικεῖν γυναικὶ ἐλέσθαι. Αἴαν δὲ σωφρόνως καὶ εὐδοκίμῳ; τῆς τοῦ Βιτωλίου ἐκκλησίας ὁ Αἴας προέστη. Ὁ δὲ Ζήνων ἐκ νέου βίον καὶ συνάφειν γυναικὸς παρωσάμενος, πολὺς περὶ τὸ ὑπερτεῖν ἐγένετο τῷ Θεῷ· ἐπετρέπευσε δὲ καὶ τὴν τοῦ Μαιουμά ἐκκλησίαν. Γηραλός δὲ ἤδη γενόμενος, ὧ; καὶ εἰ; ἐκατὸν ἔτη παρελάσαι, μηδεπώπο· ἀπολειφθῆναι ἡ κατόπιν ἐλθεῖν τῆς ἀρχῆς τῶν νενομισμένων ὑμνων Θεῷ, ἐωθινῶν φημι καὶ ἐσπερινῶν, καὶ τῆς ἄλλης λειτουργίας αὐτοῦ, εἰ μὴ γε νόσος μεγάλη προσδαλοῦσα ἐπέδησε. Μοναστικῆ δὲ φιλοσοφῶν βιοτῆ, ἀεὶ ἐν ἰσῷ μονήρει λινούν ὑφαινευ ἐσθημα· ἐξ ὧν τὰ πρὸς ζῶν ἔρανεζόμενος· ἐπιτέθειται, καὶ τοῖς ἐνδεέσι τὸ ἀρκοῦν ἐχορήγει, καὶ ἄχρη; οὐ ἐτέλετα, οὐκ ἀνήκε τὴν οἰκείαν ἐργασίαν διέπων, καί περ ἀρχιότητι τῶν ἀνὰ τὸ ἔθνος Ἱερῶν πρωτεύων, καὶ μεγίστης ἐκκλησίας προεστῶς ἐπὶ τε πλοῦτι καὶ πλήθει ἀνδρῶν. Πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι οὐχ ἔρατικῶς μόνον ζῶντες, ἀλλὰ καὶ ἄλλως ἐν ταῖς ἡρεσι διακίτῶμενοι τμηκαῦτα θεοφιλεῖς ἐγνωρίζοντο ἄνδρες· ὧν κατὰ μέρος τὰ κατορθώματα διηγεῖσθαι εἰς πολλὸν ἂν τιμῆκος τὴν ἱστορίαν ἐκτεινωμεν· ἐν τῇς ἅπασιν οἷά τις περιφανῆς ἀσπὴρ διέλαμπεν ὁ πρὸ βραχέος· ῥηθεὶς ἡμῖν Ἀρσένιος. Ὀλίγων δ' ἐμνήσθη ἐν εἰς ἀπόδειξιν τῶν τότε Ἱερᾶσθαι λαζόντων· Ἐργον γὰρ πάντας ἐκδιηγείσθαι, ἐπὶ οἱ πατέρους καλοῖ

CAPUT XLVII.

De Acacio episcopo Berrhææ : item de Zenone, et Ajace, sanctis episcopis.

Berrhææ autem in Syria, magnus Acacius, episcopali munere obeundo celebris fuit ; qui ab adolescententia prima in monastica vita accurate exercitatus fuerat. Hujus multa quidem sunt alia recte acta : illud vero maximum virtutis indicium, quod perpetuo etiam vel cibi vel somni capiendi, aliarumque rerum tempore, episcopalis mansionis suæ domicilium patens et apertum esse voluit ; adeo ut ad eum videndum et cives et advenæ libere ingrederentur : id quod ego vehementer admiror. Aut enim ea re se cum fiducia semper vivere ostendit : aut eum id ita instituisse puto, ut naturæ ad vitia propensionem supprimeret. Cum namque in expectatione esset, ut frequentibus eorum excubiis, qui derepente ingrediebantur, in actionibus suis deprehenderetur, etiamsi voluisset, peccare tamen non potuit, sed studiis suis laudatis semper incubuit. Eo tempore duo etiam fratres præclari erant, qui non in solitudine, sed in maritimo Gazæ loco, qui etiam Majuma dicebatur, philosophati sunt. Zeno et Ajax, germanorum istorum fratrum nomina fuere. Egregiam autem in recta religione obtinere fidem : et sæpe numero a Græcæ superstitionis sectatoribus, ut qui Christum Deum esse profiterentur, sunt diverberati. Ajax quidem, quandiu cum conjuge sua fuit, quam sibi egregia forma matrimonio junxerat, ter tantum cum ea concubuit : unde etiam tres suscepit liberos. Postea autem nuntio ei ejusmodi consuetudinibus gratia remisso, monasticam delegit vitam. Duos quoque ad idem vivendi institutum pertraxit filios : quibus, ut ne conjugia sequerentur, sed studium omne ad res divinas conferrent, persuasit. Tertius autem cum uxore in matrimonio vixit. Sapienter vero et præclare ecclesiæ Bitolii Ajax præfuit. Zeno autem a puero conjunctionem feminæ aversatus, totus in ministerio Dei erat : administravit quoque Majumæ ecclesiam. **333** Atque ubi ad eam pervenit senectutem, ut etiam centesimum attingeret annum, haud unquam neglexit aut prætermisit receptos statusque vel matutinos vel vespertinos hymnos Dei, et reliquum sacrum ministerium sumi ; principio psalmodiarum adesse, eisque præire solitus, nisi gravis interveniens morbus eum impedivisset. Et quod in cœlibatu philosopharetur, semper in solitaria lanificii officina lineam texuit telam. Ex cujus laboris fructu cum ipse necessariis rebus comparandis vitam toleravit, tum indigentibus etiam sumptus subministravit. Et quoad vixit, opus ita facere non destitit : quamvis ætate grandiore, primas apud eam gentem inter episcopos ferret, maximamque ecclesiæ præseset, in qua et

copiosi et frequentes essent homines. Sed enim A tum multi alii non episcopi modo, verum etiam in montibus colentes, amantes Dei viri, illustres fuere. Quorum res bene actas si sigillatim exponeremus, in ingentem nobis prolixitate historia exresceret. In quibus omnibus, veluti quædam præclara stella, etiam is refulsit, cuius supra meminimus, Arsenius. Paucos autem, ut specimen aliquod tantorum virorum, qui tum episcopalem functionem obiere, recensui. Laboriosum enim esset omnes referre, quandoquidem plures boni atque honesti fuere, quorum etiam vitæ institutum testimonio ipse suo confirmavit Deus. Orantes enim eos exaudivit, et prodigia nova per eos edidit. Et ab eis quoque ita Ecclesia catholica administrata, simul et clerus et populus, ad eundem cum illis virtutis ardorem et æmulationem est excitatus.

CAPUT XLVIII.

De inventione reliquiarum Abacuc et Michææ, veterum prophetarum.

Religio vero non per hos tantum majora capiebat incrementa, verum eam etiam cohonestarunt, atque ut æquum est quam maxime exornarunt, quæ tum apparuerunt veterum atque illustrium prophetarum reliquiæ. Abacuc enim primum, deinde Michæas, et tandem post hos celebre Baptistæ caput e terra exiit. Abacuc quidem et Michææ reliquias divina visio, sicuti audivi, in somnis Zebeno ostendit, Eleutheropolis eo tempore ecclesiam gubernanti. Ea autem urbs Cella, atque etiam ante id nomen, Cella appellata fuerat, 334 ubi Abacuc inventus est. Ab ea quasi stadiis decem locus quidam Berathpasia (1) cognominatus distat, ubi Michææ sepulcrum esse dicebatur. Quod fideles ignorantibus, una cum incolis patria voce Nephsameemana vocarunt. Sed prophetæ C Zebeno in somnis apparentes, quemadmodum dixi, seipsos qui essent, indicarunt.

CAPUT XLIX.

De inventione sacri capitis divi Joannis Præcursoris et Baptistæ.

Admirandum autem et celebre Baptistæ caput ejusdem imperii tempore inventum, in clarissimam urbem Constantinopolim est deportatum. Id namque Herodias, quod adhuc Baptistæ reprehensionem timeret, in Herodis regia abstruso quodam loco sepelierat. Sed rem tam sanctam divina visione admoniti monachi quidam Macedonianæ hæresis invenerunt: qui primum quidem Hierosolymis vixerunt, postea autem in Ciliciam commigrarunt. Atque ubi caput id ibi esse comperit Mardonius (2), qui primus inter imperiales eunuuchos fuit, inventionem eam Valenti indicavit: et ille id Constantinopolim deferri jussit. Quidam igitur missi, cum splendide comitatu in imperiali curru id vexerunt. Ubi autem ad Pantichium, oppidum parvum, non longe a Chalcedone situm, perventum est, ulterius progredi quæ ad currum junctæ erant mulæ, quamvis auriga eis vehementius et flagello et calcaribus ad cursum instigans

τε καὶ ἀγαθοὶ ἐγένοντο. Ἐπιμαρτύρει δὲ καὶ το θεῖον ταῖς πολιτείαις αὐτῶν· δορυμένων γὰρ ἦκουε, καὶ ξένα τεράστια δι' αὐτῶν ἐπραττεν· ὅφ' ὧν δὴ καὶ ἡ καθόλου Ἐκκλησία ἀγομένη, καὶ λαὸς τε καὶ κλήρος πρὸς τὸν Ἰσον ἐκρίνοις τῆς ἀρετῆς ζῆλον ἀνηριθίζοντο.

ΚΕΦΑΛ. ΜΗ'.

Περὶ τῆς εὐρέσεως τῶν λειψάνων Ἀββακούμῃ καὶ Μιχαίου τῶν παλαιῶν προφητῶν.

Ὁὐκ ἐν τοῖτοις δὲ μόνοις ἡ θρησκεία ἐπέδιδου εἰς μείζον, ἀλλ' ἐγέραιρον ταύτην, καὶ ὡς εἰκὸς εὐ μάλα ἐσέμνονον, καὶ λείψανα τῶν πάλαι περιφανῶν προφητῶν κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἀναφανίσμενα. Ἀμβακούμ γὰρ πρότερον, ἔπειτα δὲ καὶ Μιχαίας τῆς γῆς ἀνεδίδουτο, καὶ ἡ περιδότης μετὰ τούτου· τῷ Βαπτιστοῦ κεφαλῇ. Ἀμβακούμ μὲν οὖν καὶ Μιχαία τὰ λείψανα, ὅπως θεῖα, ὡς γ' ἐπιθόμην, ὄνειρτα, Ζεθέμῃ ὑπέφαινε, τήνκαυτα τὴν Ἐλευθεροπολιτῶν ἐκκλησίαν ἐπιτροπαύοντι. Κετὰ δὲ, καὶ πρὸ τούτου δὴ τοῦ ὀνόματος, Κετὰ ὀνόμαστο ἡ Ἐλευθερόπολις, καθ' ἣν ὁ Ἀμβακούμ εὐρέθη. Ἐκείθεν δὲ ὡσεὶ στάσις δέκα τῆς πόλεως διεστῶς, χωρὸς τίς ἐστι Βηραθπασία καλούμενος, ἐν ᾧ ὁ Μιχαίου τάφος εἶναι εἰλέγετο. Οἱ δὲ πιστοὶ τοῦτ' ἀγνοοῦντες, τοῖς ἐπιχωρίοις ἐπίσης ὀνόμαζον, Νεφσαμμεμανά πατριῶ φωνῇ τὸ μνήμα καλοῦντες. Ἄλλ' ἐαυτοὺς οἱ προφήται ὄντα Ζεθέμῃ ἐπιφανέντες, ὡς εἰρηται, οἷτινες εἶεν, ἐμφύσσαν.

ΚΕΦΑΛ. ΜΘ'.

Περὶ τῆς εὐρέσεως τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ ἀγίου Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ.

Ἄλλὰ καὶ θαυμαστὴ καὶ περιδότης τοῦ Βαπτιστοῦ κεφαλῆ ἐπὶ τῆς παρουσίας εὐρεθεῖσα ἡγεμονίας εἰς τὴν Κωνσταντινου περιφανεστάτην πόλιν ἀνεκομίσθη. Ἡ γὰρ Ἡρωδίας καὶ ἐτι τὸν ἐλεγχον δευδωσα τοῦ Βαπτιστοῦ, κατὰ τὸ Ἡρώδου ἀνάκτορον, ἀφανεῖ τι τὸπῳ ταύτην κατέκρυπτεν· ἦν τινες ὅψι θεοστέρμοναχοὶ τῆς Μακεδονίου αἰρέσεως εὐρηκότες, πρῶτα μὲν ἐν Ἱεροσολύμοις διέτριβον· εἶτ' ἐκείθεν εἰς Κιλικίας μετεχώρουν. Ἐκείσε δ' οὖν αὐτὴν φωνάσας Μαυρόνιος, ὃς πρῶτος τῶν βασιλικῶν εὐνοῦχων ἦν, Οὐδάλει· ἐδήλου τήνευρεσιν. Ὁ δ' εἰς Κωνσταντινουπόλιν ἀγειν ἐκέλευε· καὶ τινες πεμφθέντες, λαμπρὴ προπομπῇ ἐν βασιλικῶς ὁχθήμασιν ἦγον. Ὡς δὲ πρὸ τῷ Παντελίχῳ ἤδη ἐγένοντο, μικρὸν δὲ τοῦτο ἄστυ, οὐ πᾶν πορρωτέρω τῆς Χαλκηδόνος κείμενον, περαιτέρω βαίνειν αἱ πρὸς τοῦτο τεταμέναι ἡμίονοι ὡκῆθούλοντο, καὶ ταῦτα τῶν ὑπερταυμένων πλείστα διαπελοῦμένων, καὶ τοῦ ἡνιόχου χαλεπαίνοντος, καὶ σφοδρότερά χρωμένον τῇ μάστιγι, καὶ πυκνῇ τῷ

(1) Sozom. ha' ei Berathsasia.

(2) Τῆς βασιλικῆς οἰκίας, μείζον, hoc est, imperialis domus major. Sozom. lib. vii, cap. 21.

κάντρῳ διερεθίζοντος. Ὡς δὲ μηδὲν ἀνύοντες ἦσαν, ἄπειθεν τοὺν ἱερὸν τουτοῦ ἱεροσολῶν ἐν τινὶ κώμῃ γειτονοῦσῃ τοῦ Κοσιλάου ταύτην ἐγχώριος ἐγκάλει φωνῇ τοῦ δὲ Μαρδονίου τὸ κτήμα ἦν. Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, ἢ τοῦ Θεοῦ, ἢ καὶ αὐτοῦ τοῦ π. οφῆτου κινήσαντος, τῇ κώμῃ ταύτῃ ὁ βασιλεὺς ἐπίσταται Θεοδοσίος. Εἰς νοῦν δὲ θέμενος τὴν χάραν ἐκεῖθεν λαβεῖν, ἀνέσχε μόνῃ Ματρώνα· ἢ παρθένος· οὕτως καὶ ἀφιερωμένη Θεῷ, τῇ θείᾳ εἶπετο τοῦ Βαπτιστοῦ κεφαλῆ, διακονοῦσα τὰ ἐπιτήδεια τῇ δόξῃ, καὶ φύλαξ καθισταμένη· ἦν δὲ γενναίως ἀνδισταμένην, οὐκ ὤφειτο δεῖν οὕτως βιάσασθαι. Ἰκεῖσαν δὲ προεργῶν, συγχωρεῖν ἔδειτο· μόλις δὲ ἐνεδίδου ἐκείνη ἀνήνυτα καὶ τοῦτον ολομένη ἐπιχειρεῖν, καθὰ καὶ Ὀρέντιος συνέθετο συμβάλλουσα. Ὁ δὲ τὴν θήκην ἐν ἡ ἱερὰ κατέχειτο κεφαλῇ, τῇ ἀλουργίδι περιελίσσας, αὐτὸς ἀπὸ χειρᾶς διετέλει βασιλέων, ἄχρι δὲ πρὸ τῆς Κωνσταντινίου τῷ λεγομένῳ Ἐδεδόμῳ ταύτην κατέθετο· ὅπου δὲ διαφερόντως σεμνύνοντῶν Βαπτιστῆν, καὶ νεῶν μέγιστον καὶ κάλλει κάλλιστον ἀνεγείρει. Πολλὰ δὲ καὶ πολλάκις Ματρώνας μετελθῶν, καὶ ὁπαισθημένους κεχαρισμένα, μεταθεῖναι τὴν δόξαν ἤκιστα ἐπειθεν· ἦν γὰρ νοσοῦντα τὰ τῆς Μακεδονίου αἰρέσεως· καίπερ Βικεντίου, ὃς πρεσβύτερος ἦν τῷ Ἰσα φρονῶν, καὶ τὰ περὶ τὴν θήκην ἐπίσης αὐτῇ τῷ Βαπτιστῇ πρᾶττων, καὶ διὰ ταύτην ἱερωμένος, εὐθύς μεταβαλόντος, καὶ τῇ καθόλου προσχωρήσαντος Ἐκκλησίᾳ, καὶ ταῦτ' ἀπόμυτον θεμένου, ὡς φασὶν Μακεδονίαν, μήποτε τὴν οικίαν δόξαν ἀπόσασθαι, μετέθετο δὲ ἰρίσας οὕτως· εἴπερ ἔλοιτο ὁ Βαπτιστὴς ἀκοιουθῆσαι τῷ βασιλεῖ, καὶ αὐτὸν τὴν θρησκείαν ἀποθέσθαι, καὶ αὐτῷ κοινῶν τῷ λοιποῦ μηδὲν τι διαφερόμενον. Βικέντιος δ' οὗτος Πέρσης μὲν ἦν τὸ γένος· Κωνσταντίου δὲ βασιλεύοντος ἐν Περσίδι διωγμοῦ γενομένου, φυγὰς καὶ αὐτὸς σὺν ἅμα Ἀδδᾷ τῷ ἀνεψιῷ, τῇ Ῥωμαίων γῆ προσφοιτᾷ. Ἄλλ' ὁ μὲν τῷ κλήρῳ καταλείπει, καὶ εἰς πρεσβυτέρου προήλαθον ἔβη. Ἀδδᾶς δὲ γυναικὶ συναφθεῖς, τῇ Ἐκκλησίᾳ πολὺ τι ὄφελος γεγονέαι· παῖδα γὰρ ἐγέννησεν Αὐξέντιον ὄνομα, πιστὸν μὲν εἰς τὰ θεῖα, σπουδαῖον δὲ περὶ φίλους· βίου δὲ σώφρονος ἡμέμενον καὶ ἐμμελοῦς· φιλολόγον δὲ μάλιστα, ἴδριν τε τῶν ἐν Ἑλλάδι καὶ τῶν παρὰ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς συγγραφεῦσιν ἐρμηνευθέντων· μέτριον δὲ ἄλλως· καὶ ταῦτα βασιλεῖ τε ἐπιτήδειον καὶ τοῖς ὄσοι περὶ αὐτόν· καὶ λιμπρῶς στρατηγῆσαντα. Οὗ καὶ λόγος πολὺς παρὰ τε τοῖς ἀρίστοις τῶν μοναχῶν, καὶ τῶν ὄσοι σπουδαῖοι ἄνδρες οἱ πεῖραν ἔσχον τῶνδ' ἄνδρος Ματρώνα δὲ διὰ βίου τῇ Κοσιλάου κώμῃ παρῆδρευσεν, σεμνῶς τε καὶ ἱεροπρεπῶς διαζῶσα μετὰ λιμπρᾶς· καὶ μάλα σώφρονος βιοτῆς, καὶ πολλῶν παρθένων ἡγήσατο· ὧν ἡ διαδοχὴ καὶ ἐπιτολὴ τοῦ χρόνου διήρκεσε, τῆς Ματρώνης παιδείας ἡθὸς τε ἄξιον καὶ περὶ φανῆ τὴν φήμην κληρωσαμένων. Ταῦτα καὶ περὶ τούτων· ἃ ὄητα καὶ ἱκανὰ γε ὄμα· πρὸς δόξαν τῆς ἡμετέρας

(1) Sozom. lib. vii, cap. 21, 24. Is Deo templum id constructum scribit. Templum enim Dei vocat,

A immineret, nolueret. Porro cum gravi eo impetu nihil efficerent, novi quiddam Deum significare, non ductores modo et spectatores, sed ipse etiam imperator existimavit. Itaque placitum est, ut sacer iste thesaurus, tum in vicino vico, quem incolæ Cosilanum vocabant (erat autem in Mardonii dominio) deponerent. Cæterum hoc tempore accidit, sive Deo seu Propheta ipso instigante, ut ad vicum hunc Theodosius veniret. Et cum caput id inde transferre constituisset, sola ei obstitit Matrona, Deo dicata virgo, quæ divinum hoc caput Baptistæ sequebatur, ut in itinere pro eo atque opus esset, ei inserviret, custosque ejus esset.

335 Eam vero imperator magno animo obstitentem, minime vi cogendam ducens, precibus est aggressus, ut translationem eam permitteret. Illa id difficulter tandem annuit, rem cum, quam perficere nequiret, sicuti etiam Valenti contigerat, per conjecturam aggredi rata. At Theodosius arcam, in qua sacrum caput repositum fuerat, purpura circumvolutam, ipse manibus suis gestavit, usque ad Septimam quæ dicitur regionem urbis Constantinopolitanæ: ubi id reposuit, templo, divo Baptistæ, quem præcipue celebrabat, maximo et pulcherrimo constructo (1). Et cum sæpe multumque Matronam maximis gratissimisque pollicitationibus, ut fidei sententiam mutaret (Macedonii enim hæresis tenebatur morbo), aggressus esset, persuadere id ei non potuit: cum quidem Vincentius, ejusdem religionis presbyter, qui idem cum illa apud arcam Baptistæ præstabat ministerium, et eam ob causam sacerdotalem susceperat dignitatem, statim sententiam mutavisset, et ad catholicam Ecclesiam accessisset: idque antea, sicuti Macedoniani dicunt, jurejurando interpositum, nunquam se opinionem suam rejecturum esse. Sed enim eam mutavit, hac sibi præscripta conditione, ut tum demum religionem suam deponeret, et postea sine discrimine ullo cum imperatore communicaret, si illum Baptista sequeretur. Vincentius iste genere fuit Persa. Cum autem in Perside sub Constantio persecutio esset mota, profugiens inde cum consobrino Adda, in Romanorum pervenit ditionem. Atque hic in clerum allectus, ad presbyteri dignitatem pervenit. Addas autem uxore ducta, magnum Ecclesiæ emolumentum genuit, Auxentium filium, in rebus divinis fidelem, in amicos officiosum, vita moderatam, et sibi ipsi constantem, studiorum doctrinæ amantem maxime, litterarum profanarum atque etiam ecclesiasticarum peritum, modestum præterea, et imperatoriae aulæ commodum, præclarum etiam in bello ducem: cujus celebris etiam fama est apud optimos quosque monachos, et alios doctos bonosque viros, qui illum cognovere. Porro Matrona vitam in vico Cosilao exegit, et pluribus virginibus præfuit, quarum successio in longum tempus duravit, morem quamvis antea quoque in honorem S. Baptiste conditam dixerit ecclesiam eam.

Matronæ disciplina dignum et præclaram famam A
obtinens. 336 De his quæ commoda, ut puto, ad
religionis nostræ gloriam, in Theodosii imperium
inciderunt, hactenus.

CAPUT L.

*De clarissimi imperatorum Theodosii magni
obitu.*

Theodosius autem, post Eugenium devictum, in
Italia Mediolani agens, et Occidentis res pro eo
atque decuit constituens, ægrotare cœpit, hydro-
pis morbo oppressus : et Joannis monachi prædi-
ctione in memoriam revocata, finem vitæ prope-
diem adventurum expectavit. Majoris autem
solicitudinis causa ei fuit reipublicæ status, in
animo secum reputanti, quantum detrimenti civi-
bus et subditis, imperatore e medio sublato, acci-
dere soleat, quam mors ipsa. Itaque quamprimum
filium Honorium Constantinopoli accirvit, impera-
torem eum Occidentalibus partibus præficere vo-
lens. Quem ubi advenientem vidit, meliuscule
habuit, et ad spectaculum ludorum Circensium ob
victoriam celebrandorum prodiit. Et cum ante
prandium validior fuisset, postea deropente eum
imbecillitas invasit. Cumque ludicrum id perficere
non posset, filio id more solito peragendum com-
misit, proximaque nocte fatis concessit, decima
septima Januarii mensis die, sempiterna laudis et
gloriæ memoria post se relicta : cum ad finem
vitæ satis longum pervenisset, atque cum splen-
didi victoriis solus Romanorum imperium mo-
narcha gubernasset, et duorum imperatorum pater
esset, eisque imperium pacatum relinqueret. Placi-
de autem in lecto suo beata morte vitam finiit,
præmium id fidei erga Deum suæ, et flagrantis
adversus idola et simulacra ardoris consecutus.
Vixit annos sexaginta, et menses octo : quorum
sedecim cum dimidio, in imperio Romano peregit.
Complectitur duodecimus iste historiarum liber
annos decem et octo : cum a mundo condito quinquies millesimus nonagesimus nonus (1), a nati-
vitate autem Domini quadringentesimus quartus ageretur annus (2).

ΚΕΦΑΛΑ. Ν΄.

*Περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ ἐν βυσιλευσιν δοιδίμου
θεοδοσίου τοῦ μεγάλου.*

Θεόδωσιος δὲ μετὰ τὴν Εὐγενίου καθάρειν ἐπὶ
τῆς Ἰταλίας διάγων ἐς Μεδιόλανον, καὶ τὰ τῆς Ἐπι-
ρας ὡς χρεῶν καθιστῶν, ἀρρώτως διετέθη τῷ τῷ
ὕδερου νοσήματι κρατηθεὶς· εἰς νοῦν τε ἔχων τὴν
τοῦ μοναχοῦ Ἰωάννου πρόβησιν, ὅσον οὐκ ἔκειν
τὴν τελευτὴν προσεδόκα. Ἐν μεγίστῃ δὲ φρονίῳ
μᾶλλον τῆς τελευτῆς καθίστατο περὶ τῶν κοινῶν,
ἀναπολῶν ὅσα κατὰ ἐπιεικείῃ τοῖς ὑπηκόοις βασι-
λέως ἐκποδῶν γενομένου. Ὅσον τοίνυν τάχος τὴν
οὐδὴ ὄνῳριον ἐκ τῆς Κωνσταντινου μετακαλειτοῦ
ἐσπερλοῖς μέρεσι καταστήσαι βασιλέα βουλόμενος·
ὄν ἰδὼν παραγενόμενος, ῥᾶπον ἔσχε, καὶ ἐπὶ θέναν ἐπι-
ποδρομίας ἐπινοκίου προῆλθεν. Ἐρρωμένος δὲ ὄν
πρὸ ἀρίστου, ἔπειτα διετέθη κενήρως· ἐξάπινα· καὶ
μὴ ἰσχύων τὴν θέναν τελείν, ἐκέλευε τῷ παιδί παρα-
νεῖν τὸ ἔθος· καὶ τῇ ἐχομένῃ νυκτὶ τὸν βίον μετὰ
λαξεν ἐπτακαίδεκάτῃ Ἰανουαρίου μηνός, ἀειμνηστὴν
κλέος καταλιπὼν, καὶ εἰς ὕψηλούς τοῦ βίου καταλή-
ξας τέρμονας. Ἐπὶ τε γὰρ νίκαις λαμπραῖς καὶ μέ-
γαρχος Ῥωμαίων γενόμενος, ἑαυτὸν τε ἐπιδῶν δυοῖν
βασιλέων πατέρα, καὶ ἀστασιαστον αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν
καταλειποῦς, εὐδαιμόνως τε ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ κληρῆς
τὸν βίον ἀφελς, τῆς πρὸς Θεὸν οἰμαί πίστεως καὶ τοῦ
θερμοῦ κατὰ τῶν εἰδῶλων ζήλου τοῦτο γέρας ἐξε-
νεγκῶν. Διεβίω δὲ τὰ πάντα τῆς ζωῆς ἐτη ἐξήκοντα
ὄν μνηστὴν ὀκτώ· ὄν τὰ ἐξακάδεκα ἡμισυ τῆ τῶν
Ῥωμαίων ἀρχῆς διετέλεσε. Περιέχει δὲ καὶ ἡ περ-
οῦσα δωδεκάτῃ μοι τῶν ἱστοριῶν χρόνον ἐτῶν ὀκτω-
καίδεκα· ὀπηνίκα κόσμου μὲν ἔτος 336· ἀπὸ δὲ τῆς
θείας τοῦ Κυρίου γεννήσεως τέταρτον καὶ τετρακο-
σιστὸν ἐπεράνετο.

(1) Secundum recentiores 4375.

(2) Alii ponunt annum 398.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ

ΤΟΥ ΧΑΝΘΟΠΟΥΛΟΥ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΤΟΜΟΣ ΙΓ'.

NICEPHORI CALLISTI

XANTHOPULI

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

TOMUS XIII.

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Α

341 CAPUT I.

Περὶ τῆς βασιλείας Ὀνωρίου καὶ Ἀρκαδίου· ὡς Ἀρκαδίῳ μὲν Ῥουφίνος παρεδυνάστευσεν· Ὀνωρίῳ δὲ Στελίχῳ ἐν Ἑσπερίᾳ τὴν αὐτὴν ἐπλήρου τίσιν· καὶ ὅπως τηρικαῦτα κοινὰ καὶ τὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἐφέρετο πράγματι.

De imperio Honorii et Arcadii: et ut apud Arcadium quidem Rufinus in administratione rerum primium locum, apud Honorium autem in Occidente Stilico eandem obtinuerit dignitatem: et ut tum cum publicæ tum ecclesiasticæ res habuerint.

Λαμπρῶς δ' οὕτω τὴν Ἐκκλησίαν αὐξήσας ὁ μέγιστος Θεοδόσιος, ἐτελεύτα ἐπὶ διαδόχους δυοὶ τοὺς παῖσιν· ὧν τὸν μὲν πρεσβύτερον τῶν πρὸς Ἐὼ ἀρχεῖν ἔθνω ἔτατε· τὴν δὲ τῶν Ἑσπερίων ἀρχομένην καὶ τὴν Κωνσταντίνου τῷ νωτέρῳ ἐνεχειρίζεν Ὀνωρίῳ. Καὶ ἄμφω δὲ περὶ τὴν θρησκείαν ὁμοφρονούντες τῷ πατρὶ διεγένοντο. Τελευτῶν γὰρ ἕκαστος, οὐδὲν ἄλλο τοῦτοίς παρήγει ἢ τὴν εὐσεβεῖαν ἐντελῆ φυλάττειν· δι' ἧς εἰρήνην τε ἐπιγίνεσθαι καὶ πόλεμον καταλύεσθαι εἰσηγήτο· τρόποιὰ τε ἀνίστασθαι, καὶ νίκην ἐκ Θεοῦ πρυτανεύεσθαι. Τοιαῦτ' ἕκαστος μὲν τοῖς παῖσι παραινῶν ἐτελεύτα· οἱ δὲ οὐ τῆς βασιλείας μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς εὐσεβείας διάδοχοι καὶ κληρονόμοι καθίσταντο· εὐθὺς μὲν γὰρ ὁ τῆς Εὐρώπης βασιλεὺς τὰς ἐν Ῥώμῃ μονομαχίας διέλυεν, αἰτίας τοιαύτης γεγεννημένης. Ἄνθρωποι τὸν ἡρεμον μετῶν βίον, τῆς Ἐὼ ἀπάρας εἰς Ῥώμην ἀφίκετο· ὁρῶν δ' οὕτω κατ' ἀλλήλων Ῥωμαίους κεχημένους τοῖς ὅπλοις, πολλῶν τῇ μυσσῶν ἐκείνῃ συβρέδων ὄφει, παύειν ἐπειράτο τὸ στάδιον κατελιπῶς. Χαλεπῶς δὲ διατεθέντες οἱ τῇ μαιφάνῃ θῆα χαίροντες, ἄλλως τε καὶ τοῦ τοῖς αἵμασιν ἐκείνοις ἐπιτερομένου δαίμονος εἰσοδεξάμενοι τὴν βακχεῖαν, λίθοις τὸν τῆς εἰρήνης βάλλοντες· χορηγὸν ἀνεῖλον· ὃ δὲ μαθὼν Ὀνώριος, τὸν μὲν Τηλέμαχον (οὕτω γὰρ ὠνόμαστο ὁ ἀνὴρ) τοῖς μάρτυρι συντρέθει· τὴν δὲ πονηρὰν ἐκείνην ἐργασίαν διέλυεν, ὥστε μὴ τοῦ λοιποῦ γενέσθαι διαταξάμενος. Ἄλλ' Ἀρκαδίῳ μὲν ἐπ' ἀντιόχῃς Ῥουφίνος παρεδύ-

Theodosius Maximus ubi Ecclesiam splendide auxit, duobus filiis successoribus relictis, vita defunctus est. Quorum natu majorem Orientali, minore autem, Honorium videlicet, Occidentali præfecit imperio. Uterque vero in religionis cultu patris sententiam est secutus. Moriens namque ille nihil eis aliud mandavit, quam ut veram pietatem integram servarent, per quam eos asseveravit pacem habituros, et bella sopituros, tropæaque excituros, et victoriam a Deo consecuturos esse. Talia ille quidem mandata filiis relinquens obiit. Illi autem non imperii modo, sed et veræ pietatis ejus successores et hæredes existitere. Statim namque Europæ imperator Romæ monomachias, hoc est, singularia certamina, et gladiatorum ludos sustulit, ob causam ejusmodi: Vir quidam quietam monasticamque vitam colens, ex Oriente Romam venit, atque ubi Romanos armis ita inter se decertare, multis ad exsecrandum id spectaculum confluentibus, vidit, in arenam progressus, intercipere pugnam inter eos tentavit. 342 Quod ægre ferentes qui sanguinario spectaculo gaudebant, et dæmonis, qui cruore effuso delectatur, imperiis agitabantur, lapidibus conjectis pacificatorem interemerunt. Quæ res postquam est ad Honorium delata, Telemachum quidem (ita enim monachus ille vocabatur) in martyrum numerum retulit: importunum autem certamen illud abo-

vit, constitutione (1), ne id postea perageretur, lata. Cum Arcadio in Oriente Rufinus imperium administravit, vir strenuus et procerus, singularique prudentia præditus, quam et oculorum motus et orationis extemporanea promptitudo indicabant: in Occidente apud Honorium eundem locum Stilico quidam obtinuit. Et uterque apud utrumque Theodosii filium, imperii nomen et habitum esse permittens, summam ipse rerum manu simul et lingua usurpavit, sub præfecti appellatione imperatori ipsi imperans. Verum neuter istorum, qui ei obvenerat, contentus fuit loco. Siquidem Rufinus (2) sibi ipsi imperialem in Oriente dignitatem arrogare conatus est; alter autem in filium Eucherium Occidentale imperium arte quadam transferre studuit. Sed utrumque ambitio et conatus fefellit. Rufinum enim exercitus Romanus, qui cum Theodosio adversus tyrannum Eugenium pugnaverant, ad Arcadii, qui more recepto obviam progressus ei extra portas fuerat, pedes, in loco qui tribunal (3) dicitur, ferro necavit: propterea quod id ut faceret, Stilico militibus suaserat: et quod se illi suspenso naso ab eo derisos compererant; tum autem quod affectatæ tyrannidis suspectus erat. Ferebatur quoque fama, Hunnos cum, gentem barbaram et feram, in Romanam ditionem immisisse. Tum enim illi Armeniam et quasdam Orientis partes metu nullo plurimam prædam agentes, percurrerant. Forte autem fortuna peropportune cædes ejus in eam diem incidit, qua ei qui delectus habendi curam gerebant, tantum non purpuram circumdaturi fuerant. Eam enim ille conceperat spem, exercitum solo ipso aspectu statim Arcadium, quod nec forma nec reliqua corporis constitutione admodum imperio aptus esse videretur, rejecturum, ipsum autem ad imperium evecturum esse. 343 Capite vero Rufini resecto, et lapide in os ejus immisso, hastæ id infixerunt, et in sublime sustulerunt. Dextram quoque ejus abscissam (4), per urbem circa opificum officinas circumtulērunt, verbis his utentes: « Date stipem inexplēbilis avaritiæ viro. » Et ridicula ea mendicitas, multum satis auri collegit: perlibenter enim in jucundo et grato spectaculo homines aurum contulerunt. Ac Rufinum quidem imperii affectatio ad ejusmodi vitæ finem produxit. Ad eundem vero modum et Stilico, qui, si quis alius, et ipse apud Romanos simul et Barbaros potentia multum valuit, rerum summam ad se pertrahere volens, in Italia occisus est, sicuti suo loco dicemus, Post Rufinum vero Eutropius eunu-

νάστευεν, ἀνὴρ ἀνδρώδης τε καὶ τὴν ἡλικίᾳ εὐμήκης ὁ γενναῖος δὲ καὶ τὴν σύνεσιν, ἦν μάλᾳ αἱ τῶν ὀφθαλμῶν κινήσεις ἐδήλουν, καὶ τῶν λόγων ἡτοιμότης. Ἀνά δὲ τὴν Ἑσπερίαν Ὀνωρίῳ τὴν αὐτὴν ἐπέειπε τάξιν Στελίχων τις δοῦμα. Τούτων δ' ἐκάτερος ἐκείνῳ τῶν Θεοδοσίου παίδων τὸ τε τῆς βασιλείας σῆμα καὶ τὸ δοῦμα χαρίζομενος, οὗτος τὸ τῆς ἀρχῆς κράτος διὰ χειρὸς εἶχον καὶ γλώσσης, ἐν ὑπάρχου προσηγορίᾳ βασιλεύων τοῦ βασιλεύοντος. Ἄλλ' οὐδὲ τις τούτων ἐν οἷς μένειν ἔλαχε, στέργειν ἤγάπα. Ρουφίνος μὲν γὰρ εἰς ἑαυτὸν ἐπεχειρεῖ τὸ τῆς βασιλείας μεταθεῖναι ἀξίωμα ὁ δὲ τῷ υἱῷ Εὐχερίῳ περιπέμπει τὴν τῆς Ἑσπερίας ἀρχὴν δεξιῶς ἐσπούδαζεν. Ἄλλὰ καὶ ἄμφω τοῦ βουλομένου διήμαρτον. Τὸν μὲν γὰρ Ρουφίνον ὁ ἐκ Ῥώμης στρατὸς, οἱ σύναμα Θεοδοσίῳ κατὰ τοῦ τυράννου Εὐγενίου ἐστράτευσαν, πρὸς τοὺς ποσὶν Ἀρχαδίου ἐν τῷ λεγομένῳ τριβουναίῳ, εἰς ἀπάντησιν ἤκοντα τῷ στρατῷ, εἰωθὸς ὄν τοιαῦτα ποιεῖν, μαχαίραις ἀνέβλον· τοῦτο μὲν, ὅτι τοῦτο καὶ Στελίχων τῷ στρατῷ παρηγγύα· τοῦτο δ' ὅτι καὶ μυκτηρίζων ἐκείνους παφώραται· καὶ τὸ τρίτον, ὅτι καὶ τυράννος ὑποκτετέυτο· ἄλλως τε καὶ φήμη διέτρεχεν, ὡς αὐτὸς εἰς Ὀθωνούς, ἔθνος τι βάρβαρόν τε καὶ ἄγριον, ἐπὶ τὰ Ῥωμαίων κινήσας ὄρια. Καὶ γὰρ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐπὶ τε Ἀρμενίαν καὶ τινα τῆς Ἑω μέρη ἀδεῶς κατατρέχοντες ἦσαν καὶ λείαν πλείστην ποιοῦμενοι. Συνέδραμε δὲ δαιμονίως τούτων ἀποβραχῆναι τοῦ ζῆν, καθ' ἣν οἱ στρατολόγοι μονουοχί τὴν ἀλουργίαν περιβαλεῖν αὐτῷ ἐμίλον. Ἦν καὶ γὰρ ἐν ἐλπίσιν, ὡς ἐξ αὐτῆς καὶ μόνης τῆς ὕψεως ὁ στρατὸς τὸν μὲν Ἀρχιδίον ἀποκτενεύσεται, ἀφουὸς πρὸς τε εἶδος καὶ τὴν ἀρχὴν ἔχοντα· αὐτὸν δὲ βασιλεύειν αἰρήσεται. Τερμάντες δὲ Ρουφίνον τὴν κεφαλὴν, ἄρθρον ἐνήξαν τῷ στόματι ἐπὶ ἕλυ μετέωρον ἀναρτήσαντες. Περιελόντες δὲ καὶ τὴν δεξιάν, περιήγον ἀνά τὰ τῆς πόλεως ἐργαστήρια, « Δότε, λέγοντες, τῷ ἀπλήστῳ. » Πολὺ δὲ ἀριχρυσίον ἢ γελιοῦδης ἐκείνην αἰτησις ἤρανίσαστο. Ἐπὶ γὰρ ἤδει καὶ καταθυμίῳ θεάματι εὐχερῶς οἱ ὄρωντες τὸ χρυσίον προέβητο. Ἀλλὰ τῷ μὲν Ρουφίνῳ εἰς τοῦτο τέλος ὁ τῆς ἀρχῆς ἔρωσ προέβη. Ἐπίσης δὲ τούτῳ καὶ Στελίχων εἶπερ τις ἐν δυνάμει μεγάλῃ Ῥωμαίων καὶ βαρβάρων γενόμενος, συγκρούειν πρὸς ἑαυτὸν βουλόμενος τὰ βασιλεία, κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐσφάγη, ὡς ἐν καιρῷ μοι λελέξεται. Μετὰ δὲ Ρουφίνον Εὐτροπίος τις εὐνοῦχος τὴν τοῦ πραιποσίτου τιμὴν ἀναβῶς, οὐδ' αὐτὸς τῆ παρ' ἀξίαν ἠρείκο τιμῆ. Ἐπεὶ γὰρ ἡ ἐκτομὴ τῆς ἀλουργίδος αὐτὸν ἀπεστέρει, ἐπειθε βασιλεῖα πείραν προσάγων, παρὶκύν τε καὶ ὑπατον ἀναγράφειν. Καὶ τοῦ λοιποῦ πατήρ ἦν τοῦ κρατοῦντος εὐνοῦχος, ὁ μὴ δὲ τὸν τυχόντα παῖδα

(1) Hæc constit. non exstat, sed reperitur Constantini l. unic. C. De glad. lib. II.

(2) Rufinus, dum Gothica sollicitat arma, ut imperium metu ab Arcadio extorqueret, perfidiæ pœnas dedit. Erat hic a Theodosio tutor Arcadio datus. Egnat.

(3) Claudianus de Rufino :

— graviterque apprensâ veste morantem

*Incepit Augustum, scandat sublime tribunal,
Participem sceptri socium declaret honoris.*

(4) Claudianus :

*Dextera quin etiam ludo concessa vagatur,
Æra petens, pœnasque animi persolvit avari,
Terribili lucro etc.*

*Desinat elutis quisquam confidere rebus,
Instabilesque decos ac lubrica numina discat.*

Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γυνὴ τις Ὑπατία ἦν, πατέρα μὲν αὐχίσασα θέωνα τὸν φιλόσοφον, μαθητευθεῖσα δὲ καλῶς τῷ πατρὶ· ἐπὶ τῶν παρῆνεγκε τοῖς μαθημασιν, ὡς ὑπερβῆναι μήτοι γε τοὺς κατ' αὐτὴν φιλοσόφους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκ πολλοῦ γεγεννημένους· χρηματίζουσι δὲ καὶ διάδοχον τῆς Πλατωνικῆς ἀπὸ Πλωτίνου καταγομένης διατριβῆς. Πρόχειρος δ' ἦν πᾶσι τοῖς βουλομένοις τὴν τῶν μαθημάτων γνῶσιν ἐκτίθεσθαι· ὅθεν καὶ ὅσοι φιλοσοφεῖν ἔρωτικῶς εἶχον, παρ' αὐτὴν ἔτρεχον, οὐ μόνον διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῇ σεμνὴν παρῆρσιαν, ἀλλ' ὅτι καὶ τοῖς ἄρχουσι σωφροῶς προσήρχετο. Καὶ οὐκ ἄσχημον ἐδόκει αὐτὴν ἐν μέσῳ παρσίνα ἀνδρῶν· πᾶσι γὰρ δι' αἰδοῦς ἦν τῇ τῆς σωφροσύνης ὑπερβολῇ, καὶ ἀνὰ στόμα πᾶσι καὶ διὰ θαύματος ἤγετο. Τότε δ' οὖν ὁ φθόνος καὶ κατὰ ταύτης ὠπλίετο· συχνότερον γὰρ παρὰ τῷ Ὀρέστη φοιτῶσα, διαβολὴν κατ' αὐτῆς ἐκίνει τοῖς περὶ Κύριλλον κληρικοῖς, ὡς ἄρ' ἐκείνη εἴη μὴ συμφένη· πρὸς καταλλαγὰς ἕως Κυρίλλῳ τὸν ἐπαρσομενος. Καὶ δὴ τινεὶ ἐκείνων ἐνθερμον Κυρίλλῳ τρέφοντες ἔρωτα, ὧν ἠγεῖτο Πέτρος τις ἀναγνώστου τᾶξιν πληρῶν, ἐπανιουσάν ποθεν συντηρήσαντες, τοῦ δίφρου καθελόντες, ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν, ἣ Καίσαρος ἐστὶν ἐπώνυμος, εἰλκον· ἐκεῖσέ τε περιδύσαντες αὐτῇ τὴν ἐσθῆτα, ὀστράκοις ἀνεῖλον· ἔπειτα εἰς μέλη διασπᾶσαντες, ἐπὶ τὸν θς Καναρῶν ἐκαλεῖτο, χῶρον ἀγαγόντες, δαπάνην ἐπιφῆξαν πυρὶ. Τοῦτο πρὶν γέν, οὐκ ἐλάχιστον μῶμον περιῆψε Κυρίλλῳ

(1) Hypatiam istam ad stuprum promissis et persuasionibus multis sollicitavit juvenis venustus. Illa vero cum dissuasionibus aliis a cœpto suo repellere nequiret hominem, pannum mensium suorum protulit, et fœditate inconcessi et libidinosi

Alfaque monachi salutis suæ fuga consuluerunt. **469** Ammonius autem comprehensus, ad iudicis tribunal ductus est: in quem ille lege agi iubens, eo usque exercuciandum curavit, donec vitam morte commutaret. Rem hanc imperatori et Orestes et Cyrillus significavit. Cyrillus Ammonii corpus in ecclesia quadam sepeliit, mutato illius nomine. Pro Ammonio enim Thaumasiū, hoc est, Admirandum vocavit, eundemque martyris honore dignatus est: atque in ecclesia libertatem et zelum illius, qui certamen videlicet pro veriore pietate pertulerit, cum admiratione deprædicavit. Sed enim permultis popularibus Christianis illegitimus honor tantus esse visus est, præcipitis audaciæ pœnas eum dedisse, et non vi aliqua adductum, quæ ei nulla, ut Christum pernegaret, allata esset, moriendum sibi in tormentis esse statuisse, dicentibus. Quapropter et Cyrillus paulatim consilio suo

enimvero dissidium inter Orestem et Cyrillum non eo tantum indignitatis processit: sed accedens aliud⁴ isto non minus quod postea accidit, absurditatem eam obliteravit. Quid autem id sit, dicendum.

CAPUT XVI.

De philosopha Hypatia, ut a clero Cyrilli sit necata: et de vindicta quam Judæi pertulerunt, propter irrita Christianorum sacra.

Alexandriæ femina quædam Hypatia erat (1), patrem habens Theonem philosophum, a quo recte instituta, tantum disciplinis excelluit, ut non solum temporis sui, verum etiam qui longe antea existissent, philosophos superarit, et in Platonica schola a Plotino deducta, successerit. Prompta illa erat, quibuscumque studiosis, disciplinarum cognitionem proponere. Proinde quicumque philosophiæ amore tenerentur, ad illam veniebant, non tantum propter eam quæ illi inerat honestam gravemque in dicendo libertatem, sed etiam quod caste et prudenter principes adiret viros. Nec indecorum esse videbatur, eam inter viros median adesse. Reverebantur et observabant eam omnes propter excellentem pudicitiam, et omnibus illa cum admiratione in ore erat. Adversus hanc tum se invidia armavit. Quod namque frequentius cum Oreste esset, calumniam id ei apud Cyrilli clerum peperit perinde atque ipsa, quominus gratia inter Cyrillum et præfectum coalesceret, impedimento esset. **470** Quapropter ex illis quidam flagranti Cyrillum prosequentes amore, quibus Petrus quidam ex lectorum ordine præiit, redeuntem eam alicunde insidiose observantes, ex curru detraxerunt, atque in ecclesiam quæ a Cæsare (2) nomen habet, rapuerunt: atque ibi vestibus nudatam, testarum fragmentis enecarunt: deinde membratim dissectam (3), in locum qui Cinaron dictus est,

concupitus commonstrata illum absolvit. (Suidas.)

(2) Cæsariam dictam esse, ait Socr.

(3) Suidas potius Alexandrinorum audacia et tumultu necatam esse putat: qui de ea plura scribit.

duxerunt, atque ustularunt. Facinus hoc maxime in Cyrillo et ecclesia ejus reprehensum est. Nam a Christi sectatoribus alienæ prorsus sunt invidiæ, dissidia, contentionis studia, pugnae, caedes, et quæcunque sunt generis ejusdem. Facta hæc sunt quarto episcopatus Cyrilli Alexandrini, Theodosii autem sexto imperii anno, mense Martio, cum jejuniorum sacra celebrarentur. Non ita multo post Judæi rursus, cum detestandum in Christianos commisissent flagitium, dignas persolverunt pœnas, in loco quodam cui Inmestar nomen est, inter Chalcedem et Antiochiam, quæ ad Orontem amnem est, sito. Consuetudo namque ludicro operam navantes Judæi, lasciva protervitate atque ebrietas extra decorum progressi sunt, et non solum Christianos, sed ipsum quoque Servatorem Christum illudentes traduxerunt: et salutiferum crucis lignum, eosque qui spes suas in eo sitas habent, ridentes, horrendum ejusmodi quiddam instituerunt. Puerum enim Christianum comprehensum in cruce suspenderunt, eumque ludibrio et sannis primum prosecuti, deinde alienatis prorsus mentibus, flagris ad mortem usque conciderunt. Quid vero postea factum? Multi quidem ab illorum, multi etiam a nostra parte inter se concurrentes depugnarunt, et conflictus utrimque gravis factus, adeo ut plurimi trucidarentur. Atque id factum ubi imperator rescivit, ad provinciæ magistratus scripsit, ut in auctores maxime mali tanti, ita ut par esset, animadverterent. Et Judæi comprehensi, justas flagitii per ludum commissi solverunt pœnas, mulcta, ferro, et aliis pœnis mactati.

471 CAPUT XVII.

De Judæo qui dolo saepe baptizatus, postquam ad Paulum etiam Novatianorum episcopum venit, lavacro baptismi rite parato, ut subito aqua evanuerit. Deo importunitatem eam miraculo coarquante.

Chrysanthus Novatianorum episcopus, ubi septem annos munus suum administravit, vita defunctus, successorem in episcopatu habuit Paulum. Qui cum primum Latinarum litterarum doctor esset, remisso illis nuntio, ad vitam asceticam se contulit: et philosophorum virorum monastico instituto, præstantiorem quam qui in solitudine degunt, vitam egit. Talis enim erat, quales Evagrius eos esse debere dicit, qui in solis locis versantur, monachos, ad quorum mores vitam quoque suam Paulus composuit, jejunans continenter, pauca admodum loquens, ab animatorum cibo abstinens, plurimum neque vino neque oleo utens, indigentes quam maxime amore prosequens: custodiæ inclusos, si quis alius et ipse frequenter visitans: pro eis qui injuria affecti essent, apud principes viros deprecans: qui etiam non gravate, quod ille petebat, faciebant, propter insignem quæ in illo erat religionem, Res sub eo accidit digna prorsus quæ oblivioni et silentio non committatur: quam apud Socratem inventam (1), ipse quo-

(1) Lib. vii, cap. 17.

καὶ τῆ κατ' αὐτὸν ἐκκλησίᾳ· τοῖς γὰρ αἰρουμένοις Χριστῶ ἔπεσθαι ἀλλότριον πάντῃ φθόνοι, καὶ φιλονεικίαι, καὶ ἐριδές, μάχαι τε πρὸς τοῦτους καὶ φόνοι, καὶ ὅσα δὴ παραπλήσια. Τετάρτῳ μὲν οὖν ἔτει Κυρίλλου τὴν Ἀλεξάνδρου ἐπιτροπεύοντος, ταῦτα ἐπράχθη, Θεοδοσίου δὲ ἕκτον ἔτος διανύοντος τῆ ἀρχῆς, ἐν μηνὶ Μαρτίῳ τελουμένων τῶν νηστειῶν. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ πάλιν Ἰουδαῖοι κατὰ Χριστιανῶν ἐναγῆ διαπεπραγμένοι, ἀξίαν ἔδοσαν δίκην, ἐν Ἰνμεστάρ οὕτως καλουμένῳ χώρῳ, ὅς μεταξὺ Χαλκίδος καὶ Ἀντιοχείας τῆς πρὸς τῷ Ὄροντι ἐστὶ. Τὰς ἐξ ἔθους γὰρ παιδιαῖς ἐνασμενίζοντες Ἰουδαῖοι, καὶ τῷ πολλῷ τῆς παροινίας ἔξω τῶν εἰκότων τρυκαῖα γεγενημένοι, οὐ Χριστιανούς μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν Σωτῆρα Χριστὸν τοὺς πατρινοὺς δίδουρον. Ἐπεργελῶντες δὲ τὸ ζωοποιῶν τοῦ σταυροῦ ξύλον, καὶ τοὺς ἐπ' αὐτῷ τὰς ἐλπίδας ἔχοντας, τοιοῦτόν τι πηκτικώτερον διεσκαύαζον. Παιδίον ἐκ Χριστιανῶν συλλαβόμενοι, σταυρῷ προσανήρτων. Καὶ πρῶτα μὲν γέλωτι καὶ χλευῇ συνῆσαν· εἶτα τῶν φρενῶν ἔξω γεγόμενοι, ἐπὶ τόσον ἐμάστιξαν, ὥστε καὶ ἀνελεῖν. Τί τὸ ἐπὶ τούτοις; Πολλοὶ μὲν ἐκείθεν, πολλοὶ δὲ ἐντεῦθεν συβραγέντες πρὸς ἀλλήλους ἠμύοντο· καὶ χαλεπὴ συμπληγὰς ἐπ' ἀμφοτέρα τὰ μέρη ἐγώρει, ὡς καὶ πλείστους ἀναίρεθῆναι. Ἐπεὶ δ' ὁ κρατῶν τὸ συμβῆν ἐμάνθανε, τοὺς κατ' ἐπαρχίαν ἄρχουσιν ἔστειλε, τοὺς μάλιστα αἰτίους ὑπὲρ δίκην, ὡς εἰκὸς, ἄγειν. Καὶ συλλεφθέντες Ἰουδαῖοι δίκην ἀξίαν ὧν παίζοντες ἐκακούργησαν, ἔδοσαν, ζημίαν, καὶ ξίφει, καὶ ἄλλαις κακώσεσιν ὑπαχθέντες.

C

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Περὶ τοῦ Ἑβραίου, ὃς δόλιω πολλὰς βαπτισθεὶς, ἐπεὶ καὶ παρὰ Παῦλον ἦκεν τὸν Ναυατιανῶν ἐπίσκοπον, τῆς κολυμβήθρας εὐτρεπισθείσης, αἰφνης τὸ ὕδωρ ἀφανές ἦν, τὸ ἀποπον τοῦ Θεοῦ διελέγχοντος.

Ἐν δὲ τούτῳ ἑπτὰ ἔτη διανύσας τῆ ἐπισκοπῆ Χρῦσανθος ὁ τῶν Ναυατιανῶν ἐπίσκοπος ἐτελεύτα· τὴν δ' ἐπισκοπὴν διεδέχετο Παῦλος· ὡς πρῶτον μὲν Ῥωμαϊκῶν λόγων διδάσκαλος ἦν· χαίρειν δ' ἐκείνοις εἰπὼν, ἐπὶ τὴν ἀσκητικὴν ἀγωγὴν τὸν βίον μετέθετο. Μοναστήριον δὲ συστησάμενος φιλοσόφων ἀνδρῶν, καὶ κρείττον ἦεροι ἐν ἐρήμῳ βίῳν διατέλει. Τοιοῦτος γὰρ ἦν, οἷους Εὐάγριος δεῖν εἶναι φησι τοὺς ἐν ἐρημίᾳ διατριβῆν ἔχοντας μοναχοῦ· οἷς κείνος παραπλήσια ἐπραττε, συνεχρῆ νηστειὰν ἔχων, ὀλίγα πάμπαν φθειγγόμενος, μὴ βρώσεως ἐμψύχων μετέχων· τὰ πολλὰ δὲ ἦκιστα ὀνυφ καὶ ἐλαίῳ ἐχρήσθη φιλόπτωχο; δὲ τὰ μάλιστα ὦν, τοῦ ἐν φυλακαῖ; εἰ καὶ τις ἄλλος ἐν ἐπισκοπῇ ἵποιεῖτο. Καὶ πρὸς ἄρχοντας δὲ ὑπὲρ ἀδικουμένων ἰκεσίαν προσῆγεν. Οἱ καὶ θάπτον ἐτέλουν τὴν αἰτηθὲν διὰ τὴν ἐνοῦσαν εὐλάβειαν τῷ ἀνδρὶ. Πρᾶγμα δ' ἐπ' αὐτοῦ ἐπράχθη, ὅσον εἶναι μὴ ἀξιὸν λήθη καὶ σιγῇ δοθῆναι· ὃ δὴ παρὰ Σοκράτει εὐρύον, καὶ αὐτὸς καθιστόρησα. Ἰουδαῖός τις τὰ Χριστιανῶν ὑπεβλῶν, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις

μετῆι τὸ βάπτισμα, τέχνη μετερχόμενος ὡς ἂν χρή- A
ματα ἑαυτῷ προσπορίζοιτο. Ὡς δὲ σχεδὸν ἐπὶ πά-
σας τὰς θρησκείας προήλθεν, Ἀρειανῶν τε καὶ Μα-
κεδονιανῶν βαπτισμοὺς ἔλαβεν, ἐπεὶ μὴ εἶχεν οὖς
τουλοιοῦ ἀπατήσεαι, τέλος ἐπὶ τούτου Παῦλον τὸν
τῶν Ναυατιανῶν ἐπίσκοπον ἤκε· πλάσάμενός τε
ἐπιθυμεῖν τοῦ διὰ τῶν χειρῶν ἐκείνου βαπτίσματος,
ἀδείτο τυχεῖν τῆς ἐφέσεως. Ὁ δὲ τὸ μὲν θερμὸν τῆς
σπουδῆς ἀπεδέχετο, οὐ ξυνεχώρει δὲ τοῦ βαπτίσμα-
τος, πρὶν ἢ ὡς ἔθος καταρχηθῆναι τὸν λόγον τῆς πί-
στεως, μετὰ τὴν προηγησάμεναι ἐξ ἑθους νηστείαν.
Ἐκεῖνος δὲ τῆ παρὰ γνῶμην νηστεία πιεζόμενος,
συχνότερον ἐπέκειτο τοῦ σπουδαζομένου τυχεῖν.
Ἐπεὶ δ' ὁ Παῦλος οὕτως ἐνοθερμον ὄρων λυπεῖν
οὐκέτι ἐβούλετο τῆ παρολκῆ, τὰ πρὸς τὸ βάπτισμα B
εὐτρεπίζει. Καὶ δῆτα ἐσθῆτα παρασκευάσας περι-
φανῆ, καὶ τὸ βαπτιστήριον πλησθῆναι ὡς ἔθος κε-
λεύσας ὕδατος, ἐπ' αὐτὴν προῆγε τὸν Ἰουδαῖον, ὡς
βαπτίστων γυμνόν. Ἀρρήτω δὲ τινι θελας προνοίᾳ
δυνάμειος τὸ ὕδωρ αἴφνης ἀφανὲς ἦν. Ὡς δὲ τοῖς
παρούσι καὶ τῷ ἐπισκόπῳ μὴδὲν διειδῶσαι τοῦ γενο-
μένου ἔκρεῖν ἐδόκει τὸ ὕδωρ διὰ τοῦ ὑποκειμένου
πόρου, ὕδεν εἰώθασι ἐκεῖνο προπέμπειν μετὰ τὴν
τελετὴν, ἕτερον ὕδωρ προσῆγον, προνοίᾳ πολλῆ τὰς
ἐκροῦς τῆς κολυμβήθρας ἀσφαλίσάμενοι· ὡς δὲ
αὐθις ὁ Ἑβραῖος προσῆγετο, πάλιν ἐπίσης ἀφανὲς
τὸ ὕδωρ ἦν. Συναίξας δ' ὁ Παῦλος, « Ἡ κακουργεῖς,
φησὶν, ἄνθρωπε, ἡ ἀγνοεῖς, ὡς ἔοικε, τυχῶν τοῦ
βαπτίσματος. » Πολλῶν δὲ συνδραμόντων τῆ φήμῃ,
εἶ. τις ἐπέγνω τὸν Ἰουδαῖον, ὡς εἴη πρὸ καιροῦ C
παρὰ τοῦ ἐπισκόπου Ἀττικοῦ τὸ βάπτισμα δεξάμε-
νος. Τοῦτο δὲ οὐ παρέργως ἰστόρησα, ἀλλ' ἵνα εἰδέ-
ναι ἔχομεν, ὡς πολλάκις ἡ χάρις καὶ παρὰ τῶν
ἀλαξίων τὰ ἑαυτῆς ἐπιδείκνυται, μὴδὲν λυμαιομένη
ἐνεῖθεν. Μάλιστα δὲ καὶ θαυμάζεσθαι ἀξιόχρεως
ποικίλως τοῖς καινότεροις ἐπιβάλλουσα πράγμασι
καὶ διὰ τῶν ἀξίων, καὶ διὰ τῶν ἀναξίων ἔστιν ὅτε,
χρεῖας καλούσῃ.

quæ sic varie rebus novis se ostendat per dignos simul: et aliquando etiam, si hoc usus postulet, per indignos.

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ΄.

Ὅπως καὶ ἐν Πέρσαις ὁ Χριστιανισμὸς ἐπλα-
τύνθη διὰ τοῦ ἐπισκόπου Μεσοποταμίας Μα-
ρουθῶ, καὶ Ἀβέδᾶ τοῦ ἐπισκόπου Περσίδος.

Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ συνέβαινε καὶ ἐν τῇ Περ-
σῶν χώρα εἰς μέγα ἐπιδοῦναι τὸν Χριστιανισμόν.
Ἐπεὶ γὰρ ἐπίτροπος Ἰσδιγέρδης Θεοδοσίῳ ἐκ πα-
τρὸς γέγονε, φίλος τε τὰ μάλιστα Ῥωμαίοις κατέστη·
καὶ συνεχεῖς αἰτίαι γεγόνασιν, δι' ἃ καὶ μεταξὺ
Ῥωμαίων καὶ Περσῶν πυκνὰς συνέβαινε γίνεσθαι
τὰς πρὸςβίαις. Χρεῖας τοίνυν ἀναγκαίως καλούσης,
καὶ Μαρουθῆς ὁ Μεσοποταμίας ἐπίσκοπος πρὸςβί-
αις ἐπέμπετο· ὃν ἤδη ἔφημεν πρὸ μικροῦ, Κυρίνου
τοῦ ἐπισκόπου Χαλκηδόνος; πατήσαι τὸν πόδα. Ἐπεὶ
δὲ ἤκε, περιφανῶς ὁ Πέρσης διὰ πολλῆς ἤγε τιμῆς
Μαρουθῶν, οἷάπερ ἄνδρα θεοφίλη καὶ πόλῃς εὐλα-
σκείας ἀντιποιούμενον. Οἱ δὲ Μάγοι τῶσαύτην ὄρων-
τας τιμὴν περὶ τὸν Ῥωμαίων ἐπίσκοπον (πλείστα

que historice huic apposui. Judæus quidam Chri-
stianismum complexus non semel, sed sæpius
baptismum subiit arte quadam et nundinatione usus,
ut aliquid pecuniæ conquireret. Atque ubi fere ad
religiones omnes, Arianorum videlicet et Macedo-
nianorum, baptismum apud eos suscepto, transisset,
neque alii quos deinceps deciperet, reliqui essent,
postremo ad Paulum hunc Novatianorum episco-
pum venit. Et postquam confictis verbis cupere se,
ut manibus illius baptizaretur, dixit, ut desiderio
suo satis fieret rogavit. Porro ille ardorem hominis
complexus, non prius ad baptismum eum admisit,
quam more recepto in verbo fidei institutus esset,
solitumque etiam jejunium complevisset. Ille cum
jejunio eo quod præter opinionem suam ei impo-
situm erat, premeretur, frequentius ut voto suo
potiretur institit. Paulus ardorem ejus videns,
mora longiore perturbare illum noluit, et ea quæ ad
baptismum pertinent, rite paravit. Veste namque
insigni subornata, et baptisterio aqua sicuti mos
erat, repleto, Judæum nudum baptizaturus ad id
adduxit. 472 Ecce autem ineffabili quadam divi-
niæ Providentiæ vi, unda derepente evanuit. Ubi
vero aqua alia (episcopo ipso et eis qui ibi astan-
bant, rem eam nescientibus, sed aquam per sub-
jectum meatum quo emitti illa post initiationem
solebat, effluxisse putantibus) infusa: diiugenterque
ne ex lavacro illa profueret provisum, et Judæus
denuo adhibitus est, rursum eodem quo prius modo
aqua disparuit. Paulus re cognita: « Aut flagitium,
inquit, o homo, facis, aut ignorare videris te bap-
tismum aduisse. » Ad ejus rei famam multi accurre-
runt mortales, quorum unus Judæum agnovit, quod
scilicet antea ab episcopo Attico baptismum susce-
pisset. Non obiter hoc quidem recensui, verum ut
scire possemus gratiam divinam persæpe etiam se
apud indignos exhibere, nullo inde contracto detri-
mento. Maxime vero illa admiratione digna est,
simul: et aliquando etiam, si hoc usus postulet,

CAPUT XVIII.

Ut etiam apud Persas Christianismus sit propagatus,
per Marutham Mesopotamiæ, et Abdam Persidis,
episcopos.

Eodem tempore in Persarum quoque regione ma-
gna Christianismus cepit incrementa. Cum namque
Isdigerdus Theodosii a patre institutus tutor, et Ro-
manis amicus maxime esset, frequentes exstiteret
causæ, quamobrem inter Romanos et Persas cre-
bræ ultro citroque mitterentur legationes. Itaque
necessitate flagitante, Maruthas quoque Mesopota-
miæ episcopus, quem paulo ante Cyrini Chalcedo-
nensis episcopi pedem protrivisse diximus, orator
eo est missus. Et postquam is ad Persas venit,
propalam rex eum in magno habuit honore, ut
virum Deo charum et multa pietate præditum.
Magi ubi tantum honorem Romanæ dit'ionis episcopo
haberi viderunt, qui plurimum apud regem aucto-

ritate valent, apud seipsos macerabantur, variisque cogitationibus æstuabant, ne una cum ea qua illum prosequeretur affectione, religionem quoque ejus complecteretur, metuentes. Nam capitis quoque dolorem gravem et diuturnum, quo Isdigerdes afflictus fuerat, Maruthas precatione, Deo exorato, statim curaverat: **473** quod Magi cum omnia tentassent, atque egissent, efficere se posse desperaverant. Quapropter dolo regem aggredi statuerunt. Quandoquidem Persæ ignem tanquam Deum colunt, et magos eos appellant qui elementa in numerum deorum referunt, et rex ex consuetudine perpetuum ignem adoravit, virum quemdam in fossam sub terra eo tempore quo rex advenire solitus erat demiserunt, eumque verba hæc Magi proclamare jusserunt: « Exire oportere regem quem Deus impium judicaret, quod tantopere episcopum Christianorum Deo charum existimans, amaret. » Quod ubi Persa audivit, Marutham honeste quidem et reverenter, omnino tamen a se rejiciendi consilium cepit. Maruthas pro suo erga Deum amore precationibus vehementius incumbens, perfacile Persarum dolum edoctus est: et Isdigerdem adiens: « Ne ita illud tibi, ait, patere, o rex. Sed sacrarium ingressus, cum ad te perferri vocem senseris, effodi terram jubeto, et dolus ipse statim patebit. Ignis enim vocem edere, ut qui inanimatus sit, haudquaquam potest: sed fraude humana fabula hæc instituta est. » Rex verbis eis obsequitur. Atque ubi rursum in ædiculam eam in qua perpetuus ignis asservabatur, ingressus, et eadem vox ad eum delata est, illico effodi eum iocum jubet, et qui sub terra deum se assinulaverat, mortalis esse deprehenditur. Itaque ira percitus Persa, magorum genus decimavit. Qua re ita acta, Maruthæ præceptum est, ut quocunque vellet loco, in Persarum terra ecclesiam exstrueret. Unde Christianismus in dies, propemodum, etiam in Persarum finibus libere propagatus est. Maruthas legatione eo tempore recte confecta, Constantinopolim est reversus. Et cum iterum oratorem in Persidem mitti oporteret, denuo legationem eam obiit. Magi autem idem quod antea moliebantur, hoc agentes, ut ne rex eo sicuti prius uteretur, neve, apud eum in tanto esset honore. Et arte atque machinatione quadam eo loco intolerandum excitarunt factorem, quo rex more suo deambulabat: atque insuper calumniam confinxerunt, factorem eum a Christiani episcopi comilibus esse subornatum. **474** Princeps vero Magos, ex eo quod antea fecerant judicans, et eorum quoque id inventum esse suspectos habens, studio omni auctores ejus rei inquisivit. Ubi illi rursum pessimi illius odoris patratores esse comperti sunt, permultos denuo suppliciis subdidit: Marutham autem majore etiam persecutus est honore. Proindeque Romanos dilexit, et mirifice amicitiam eorum coluit. Quin etiam amore desiderioque ingenti ductus Christianus fieri voluit,

δ' οὗτοι παρὰ τῷ σφῶν (ἐχθροῖσι βασιλεῖ). καθ' ἑαυτοὺς ὑπεκνίζοντο, καὶ ἀνωμάλιος εἶχον τῶν λογισμῶν, δεδοκότες μὴ τῇ πρὸς ἐκεῖνον στοργῇ καὶ τὸ ἐκεῖνου εὐχὰς ἀσπάσθηται. Καὶ γὰρ καὶ κεφαλῆς ἄλγος χρόνιον καὶ δεινῶς πείζον Ἰσδιγέρην, Μαρουθᾶς εὐχαῖς τὸ θεῖον ἐκδουσωπῶν, εὐθὺς ἐθεράπευεν· ὁ Μάγοι πάντα πράξαντες ἀπηγόρευον. Ἀπάτη γοῦν μετελθεῖν ἐπειρώοντο τὸν βασιλέα. Ἐπεὶ γοῦν οἱ Πέρσαι τὸ πῦρ ὡς ἐπίπαν λατρεύουσι, καὶ μάγους ἐκεῖνους καλοῦσιν οἱ τὰ στοιχεῖα μᾶλλον θεοποιοῦσιν· εἰωθὸς δ' ἦν βασιλεῖ τὸ διηγεῖσθαι καί· μενον πῦρ προσκυνεῖν, ἀνδρα τινὰ ὑπὸ γῆν κατορθύσαντες, ᾧ εἰώθει ἐκεῖνος καιρῷ ἔρχεσθαι, φθέγγεσθαι παρηγγύων οἱ μάγοι· « Ἐξω θυρῶν τὸν βασιλέα χρῆναι γενέσθαι, ἀσεβῆ γὰρ τῷ θεῷ κρινέσθαι, ὅτι περ οἷα θεοφιλεῖ τὸν ἱερεῖα Χριστιανῶν νομίζων διαφερόντως φιλοῖη. » Ὁ δὲ τῆς ἀκούσας· ὁ Πέρσης, ἐβουλεύετο τὸν Μαρουθᾶν, αἰδοῖ μὲν, ὅμως δ' οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ βάλλειν. Ὁ δὲ Μαρουθῆς τῷ πρὸς θεὸν φίλτρῳ ταῖς εὐχαῖς μάλα προσκείμενος, βῆθις ἐμυεῖτο ὅθεν ὁ δόλος τοῖς Πέρσαις ἐγένετο· καὶ προστιὼν Ἰσδιγέρην, « Μὴ οὕτω παίζου, φησὶ, βασιλεῦ· ἀλλ' εἰσῶν, ὅτε σοι προσυπαντήσῃ τὴν φωνὴν αἰθεροῦ, ὑπορῆξι κάτωθεν κέλευς· καὶ ὁ δόλος πρόχειρος ἔσται φαινόμενος. Τὸ γὰρ πῦρ φθέγγεσθαι οὐδαμῶς ἔστι· πῶς γὰρ, ἀψυχοῦν; ἀλλ' ἀνθρωπίνῃ τέχνῃ τοῦτο δραματοῦργεῖ. » Πείθεται τὰς βήμασιν Ἰσδιγέρης. Ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὸς εἰς τὸν οἰκίσκον εἰσῆι, ἐνθα τὸ ἀσβεστον πῦρ ἐφρουρεῖτο, καὶ τῆς Ἰσθῆς μετεἰλήχει φωνῆς, αὐτίκα τὸν τόπον ὁρῦνται ἐκέλευς· καὶ ὁ κάτωθεν θεὸς εἶναι ὑποκρινόμενος ἀνθρώπος εἶναι ἠλέγχετο. Περιοχῆς οὐκ ἔγενετο διὰ τοῦτο ὁ Πέρσης, τὸ τῶν μάγων γένος ἀπεδεχάτωσεν. Οὗ γενομένου, Μαρουθᾶς ἐνετέλλετο, ὅσοι δὴ βουλομένῳ εἴη τῆς Περσῶν γῆς, ἐκκλησίαν ἐξανίστασθαι. Κάντεῦθεν ὁ Χριστιανισμὸς καθήμερον ὡς εἰπεῖν καὶ παρὰ τοῖς Περσῶν ὄροις· ἀδεῶς ἐκλάτυνετο. Καὶ ὁ μὲν Μαρουθᾶς, τότε μὲν τῆς προσβείας οἱ τελεσθεῖσθαι· ἐφ' ᾧ παρεγένετο, ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου ὑπέστρεψε· δεῖσαν δὲ πάλιν εἰθεῖν, ἀντεπέμπετο προσβείαν πράττων. Οἱ δὲ μάγοι αἰδῶς τὰ ἱσα σκευωροῦντες ἦσαν, οἰκονομοῦντες ὡς ἀν μὴ ἐπίσης αὐτῷ χροῖτο ὁ βασιλεὺς, ὅσα γε τὰ ἐς τιμῆν. Καὶ δὴ μηχανῇ τινι ἀφόρητόν τινα δυσομίαν ἐνέφρουρον, ὅθεν εἰωθὸς ἦν ἐκεῖνον διέρχεσθαι. Καὶ συμβίπτοντες ἐν διαβολαῖς ἦσαν, ὡς ἔρα ταύτην οἱ τῷ ἱερεῖ Χριστιανῶν συνόντες ἐπόλου. Ἐν ὑπόψει δὲ ὧν ὁ κρατῶν τοῖς φθάσαι· καὶ ταύτην τοὺς μάγους βῆθις φθέγγεσθαι, σπουδῇ τῇ πάσῃ τούς αὐθέντας τῆς πράξεως· ἀνιχεύων ἠρσύνει. Ὡς δ' ἐξ ἐκεῖνων καὶ αὐθις οἱ δραματοῦργοι τῆς κακίστης ὁμῆς ἐγνωρίζοντο, πολλοὺς τῶν μάγων καὶ αὐθις τιμωρίας ὑπέχε· τὸν δὲ Μαρουθᾶν καὶ ἐν μεῖζονι ἀνῆγε τιμῆν. Κάντεῦθεν τε Ῥωμαίους ἠγάπα, καὶ ὑπερφῶς τὴν πρὸς ἐκεῖνους φιλίαν ἠσπάζετο. Τῷ δὲ πολλῷ φίλτρῳ καὶ Χριστιανισαί· ἐν νῷ ἔθετο, ἕλλη πείρη τῷ Μαρουθᾶ, ἣν ἐποίησε σὺναμ' Ἀβδᾶ τῷ ἐπισκόπῳ Περσίδος, εὐχαῖς συντόνους ἐγκαρτερήσας, καὶ τὸν

ἐνοχλοῦντα δαίμονα τῷ ἐκείνου παιδί προφανῶς ἀπελάσας.

ΚΕΦΑΛ. 16^ο.

Ὡς Ἀβδᾶς τὸ πρὸς Πέρσας πυρεῖον κατέλυσε· κἀντεῦθεν αὐτὸς τε καὶ ἄλλοι τὸν τοῦ μαρτυρίου ἀγῶνα διήγειραν· καὶ περὶ τῶν πικροτάτων βασάνων ἃς Πέρσαι κατὰ τῶν εἰς Χριστὸν πιστευόντων ἐξεΐησαν.

Ἄλλ' ὁ μὲν Ἰσδιγέρδης πρὶν τὴν τελείωσιν Χριστιανῶν, φθάνει ἀποθιούς· ἡ δὲ ἀρχὴ πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Βαράνην μετέβαινε. Ὁ δ' οὐκ ἐπίσης τῷ πατρὶ ἐχρήστο Χριστιανός· τοῖς γὰρ μάγοις ἀπεχθῶς ἔχουσιν ἀναπεισθεῖς, τὰς τε πρὸς Ῥωμαίους σπονδὰς ἔλυε, καὶ τοὺς ἐκείσε τὰ Χριστιανῶν θρησκευούτας ἀπηνῶς ἤλαυνε, ζένας Περσικῆς κολάσεως τοῖτους ἐπινοῶν. Ὅθεν δὲ τὴν αἰτίαν ὁ κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐκείσε πόλεμος· ἔσχε τὸ κατ' ἀρχὰς, ἀνωθεν ἀναλαβὼν ἐγὼ διηγῆσομαι. Ὁ τῆς Περσίδος ἐπίσκοπος, ὃν Ἀβδᾶν καλεῖσθαι πρὶ βραχίους εἰρήκαμεν, πολλοῖς τισὶ διαλάμπων ἀρετῆς πρὸς τὴν εἰρήνην, μάλιστα τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ ζῆλῳ διέπρεπε. Καὶ δὴ ποτε οὐκ εἰς δέον τοῦτο χρηστῆς, τὸ πρὸς Πέρσας πυρεῖον κατέλυσε. Εἴη δ' ἂν πυρεῖον παρ' ἐκείνους ὁ νόμος τοῦ πυρός· θεὸς δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ τὸ πῦρ. Τοῦτο μαθὼν ὁ τῶν μάγων καὶ Περσῶν βασιλεὺς Βαράνης, μετεπέμπετο τὸν Ἀβδᾶν. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα μετρίως αὐτοῦ κατεφέρετο, τὴν πρᾶξθὲν αἰτιώμενος· ἔπειτα τὸ πυρεῖον αὐτοῖς οἰκοδομεῖν ἐκέλευεν ἐπὶ σχήματος. Ἐκείνου δ' ἐνισταμένου καὶ ἤκιστα δράσειν τοῦτο διασχυζομένου, ἐκείνος τὰς τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίας πάσας καταλύειν ἤπειλε· καὶ τῇ ἀπειλῇ τέλος· ἐτίθει. Καὶ αἱ μὲν ἐκκλησίαι ἀρδρὴν ἐλύοντο. Ὁ δὲ θεὸς ἐκείνος ἀνὴρ πρότερον ἀνῆρετο τοῦ μαρτυρικοῦ στεφάνου ἡξιωμένος· ἐμοὶ δὲ οὐκ εἰς δέον γενέσθαι τὴν τοῦ πυρεῖου κατάλυσιν κρινεται· ἐπεὶ τοῖ γε καὶ τῷ θεοσεβῶ Παύλῳ τὴν κατεβύβων Ἀθηνῶν πόλιν κατελιπόρι· οὐδεὶς τῶν ἐκείσε τιμωμένων βωμῶν καταλύετο· ἀλλὰ λόγοις τὴν τοῦ ψεύδους ἀνεῖαν διελέγχων, τὴν ἀλήθειαν παρεῖσηγε, καὶ διὰ τοῦ βωμοῦ μᾶλλον ἐχειραγῶγει πρὸς τὴν εὐσέθειαν. Τὸ γε μὴν τὸν καταλυθέντα τοῦ πυρεῖου νεῶν μὴ θελήσει αὐτοῖς ἐγείρειν ἐκ τοῦ ἴψτου ἔχων καὶ ταῦτα, ἀλλὰ τὴν σφαγὴν προκρίναι, τοῦτο μᾶλλον ὑπερφυῶ· θαυμάζω, καὶ πολλῶν ἂν ἐτιμῶσάμην ἔγωγε τῶν στεφάνων· Ἰσὸν γὰρ ἐστὶ τό τε πῦρ προσκυνεῖν καὶ τὸ τέμενος, ἐκείνου οἰκοδομεῖν. Ἐκείθεν τοίνυν ὁ κλύδων ἤρμενος, ἀγρία καὶ πῆνυ χιλιεπὶ κατὰ τῶν τῆς Ἐκκλησίας τροφίμων ἐξήγειρε κύματα· καὶ εἰς τριάνοντα ἐνιαυτοὺς ἡ ζυμὴ ἐτάραττεν, οἷά τινων καταιγίδων τῶν μάγων βεπίζόντων αὐτήν. Μάγους δ' ἐκείνους πάντως εἰρήκαμεν Πέρσας κλεῖν, ὅσοι δὴ τὰ στοιχεῖα θεοποιούσι. Τὸ δὲ τῶν τιμωρῶν μέγθος τὰς τ' ἐπινοίας καὶ ἰδέας τῶν πικρῶν κολαστηρίων οὐ πρόχειρον γλώσση διατρανοῦν, ἃς τοῖς εὐσεβέσιν ἐπίγα-

A alio Maruthæ facto allectus, quod ille una cum Abda Persidis episcopo fecit. Nam orationibus continuis incumbens, a filio ejus dæmonem, qui illi molestus erat, propalam expulit.

CAPUT XIX.

Ut Abdas templum sacrati ignis demolitus sit, unde et ipse et alii martyrii certamen pertulerunt: et de acerbissimis tormentis, quæ Persæ contra Christi fideles excogitarunt.

Sed Isdigerdēs prius vita excessit, quam omnino Christianus fieret, regnum autem ejus ad filium Varanem devolutum est, qui non eodem quo pater in Christianos animo fuit. A magis enim, qui illis hostiliter infensi erant, persuasus, cum fœdera cum Romanis icta solvit, tum Christianos qui ibi erant, novis Persicis suppliciis excogitatis crudeliter persecutus est. Quæ autem belli ibi adversus Ecclesiam ab initio causa exstiterit, paulo altius repetens exponam. Episcopus Persidis, quem paulo ante Abdam nominatum esse diximus, multis præcipuis virtutis ornamentis refulgens, zelo et æmulatione pro Christo maxime enituit. Quo aliquando in re minus necessaria usus, πυρεῖον (1), hoc est, sacrum focum, Persarum demolitus est: πυρεῖον namque apud illos ignis templum, et ignis apud eosdem deus est. Hoc ubi magorum et Persarum rex Varanes intellexit, Abda accito, mediocriter primum eum, factum id reprehendens, perstrinxit: postea autem sacram etiam ignis ædem in speciem restaurare jussit. Cum autem ille resisteret, minimeque se id facturum esse confirmaret, Varanes ecclesias Christianorum omnes se eversurum minatus est, minasque eas ad rem ipsam contulit. Ita ecclesiæ dirutæ prorsus sunt, cum quidem divinus ille vir prius necatus, coronam martyrii reportasset.

475 Mihi vero parum recte sacri soci eversio facta esse videtur: quandoquidem a divo Paulo, cum idolis addictas Athenas venisset, nulla quæ isthic colebatur ara destructa est. Et ille verbis mendacii amentiam arguens, veritatem pro eo induxit, et per aram adeo ipsam homines potius ad veram pietatem manuduxit. Quod autem eversum ignis delubrum, cum id facillime facere posset, restaurare noluerit, sed potius quam id committeret, cædi se obtulerit: hoc ipsum admiror maxime, et multis dignum duco coronis. Idem namque est, ignem ipsum adorare, et fanum ejus constituere. Sed enim ea ex re tempestas coorta, graves et ævnis admodum adversus Ecclesiæ alumnos fluctus excitavit. Et ad triginta annos procella ea duravit, magis tanquam turbulentis quibusdam ventis eam augmentibus. Magos autem apud Persas eos vocari diximus qui elementa pro diis colunt. Suppliciorum autem magnitudinem inventionesque et formas acerbiorum tormentorum, non facile lingua clare expresserit, quibus pios

(1) Ignem Persæ sacrum et æternum vocant. (Q. Curtius.)

homines sunt persecuti. Quibusdam enim manus utraque securi resecta, nonnullis terga excoriata sunt, aliorum capitibus pellis detracta a fronte ad mentum usque: quorundam corpora tota calamis discissis illi operientes, cuspidibusque eorum acuminatis carni infixis, et vinculis solidioribus insuper a capite ipso ad pedes usque circumligatis, magna vi calamum quemquam extrahebant, vinculis ipsis altius carnem subeuntibus: ut tractione tibi eam corporis partem, quæ cuti propinqua est, divelentes, acerbiores dolores redderent. Sed et fossas magna cura sepientes, murium examina multa in eas demisere, et deinde alimentum eis veræ pietatis alumnos præbuerunt, manibus pedibusque eorum arctiore vinculo constrictis, ne a se illos abigere conari possent. Mures autem fame acriore confecti, sanctorum carnes, intensum admodum et gravem illis dolorem inferentes, vorarunt. **476** Multas vero et alias hisce sæviore ærumnas, pernicioso et veritatis inimico dæmone magistro in rebus ejusmodi utentes, excogitarunt. Verum tamen generosam virorum illorum fortitudinem non retulerunt. Sua namque sponte illi se certantini, ad immortale et sempiternæ vitæ conciliatorem aspirantes, obtulerunt.

CAPUT XX.

De Achæmenide, et Saane, et Benjamin diacono: ut ii apud Persas savissime excruciatii, martyrii sint adepti coronam.

Achæmenides quidam apud Persas erat, qui et Hormisdes dictus est, præfecto patre genitus, vir admodum illustris et locuples: quem ubi Christianum esse rex audivit, in medium produxit, et Servatorem abnegare jussit. At ille regis imperata non solum iniqua, verum etiam illi ipsi incommoda esse respondit. « Cui enim ea necessitas imponatur, ut facillime universitatis hujus Deum abjuret, huic longe facilius fore dixit, regem despiscere, atque ad alium transire. Regem namque etiam, homo cum sit, naturam fati obnoxiam sortitum esse. Quod si, inquit, animadvertendum tibi esse in eum videtur, qui dominationem tuam abneget, sceptrumque nihili faciat, rectius multo, ut puto, supplicium pendet, qui rerum universarum Dominium abjiciat. » Rex cum obstupescere potius ad tantam viri libertatem debuisset, opes ei adimi, dignitateque insuper privatum, nudum, et subligari tantum præcinctum, aulici comitatus camelos ducere jussit. Perpauci intercessere dies, cum rex ex superiore porticu prospectans, præclarum illum virum æstu solis adustum et pulvere obsitum vidit: et patris ejus gloriam in mentem revocans, eum reduxit, et linea tunica vestivit. Et cum labore et ærumna illum confectum humanitateque et misericordia ei exhibita adductum, faciliorem jam eum et propensiores ad gratiam a se ineundam fore putaret: « Vel nunc tandem, inquit, errore priore

γον. Οἱ μὲν γὰρ ἄμφω χεῖρας παλέκει ἀφῆρηται, τῶν δὲ τὰ ὠτὰ ἀπέδειραν· ὧν δὲ καὶ τὰς κεφαλὰς γυμνάς τῆς δορᾶς ἀπειργάσαντο, ἐκ μετώπων ἀρξίμενοι ἄχρι δὴ ἐς πώγωνας ἔληξαν· ἄλλοι δὲ καλάμους εἰς δύο διαιροῦντες, καὶ τὸ σῶμα σὺμπαν τοῦτοις καλύπτοντες, καὶ τεμνοῦσας τοῦτοις ἀκίδας τῷ σώματι προσαρμόσαντες, ἔπειτα δεσμοῖς τισὶ στερόβοτέροις ἐκ κεφαλῆς ἄχρι ποδῶν περικύκλω θέμενοι, σὺν πολλῇ βίᾳ τῶν καλάμων ἕκαστον ἐλκον, τῷ δεσμῷ κατὰ βάθος τῆς σαρκὸς εἰσδύμενοι· ὡς ἐν τῇ ἐλκύσει τὸ πρὸς τὸ δέρμα ρειτινιάζον τοῦ σώματος παρασύροντες πικροτέρας τὰς δόνας ἐργάζονται. Ἀλλὰ καὶ λάκκους ἀκριβῶς ἀποφράζοντες, ἀγέλας μυῶν μεγάλας ἐν τοῦτοις ἐνήκαν· εἶτα τροφήν αὐταῖς παρεῖχον τοὺς τροφίμους τῆς εὐσεβείας, τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας δεσμῷ σφοδρότερω κίζοντες, ἵνα μὴ τὰ θηρία ἀπὸ σφῶν ἐλαύνειν πειρῶντο. Οἱ δὲ μύες λιμῷ σφοδρῶ πιεζόμενοι, τὴν τῶν ἁγίων σάρκα διαπάνην αὐτοῖς ἐποιούοντο, ἐπιτεταμένην μάλα καὶ χαλεπὴν τὴν δόνην προσφέροντες· πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας καὶ χειρόνας ἢ αὐταὶ ἐπένοντο ταλαιπωρίας, τὸν τῆς ἀληθείας ἀλάστορα διδάσκαλον τοῖς δεινοῖς ἐπαυχοῦντες. Ὅμως δ' οὖν τὴν τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων οὐκ ἠμβλυοναν γενναϊότητα· αὐτόματοι γὰρ ἔτρεχον τῷ ἀγῶνι τὸν ἀθάνατον καὶ ζωῆς αἰδίου τὸν πρῦτανιν ἐπιέμενοι.

ΚΕΦΑΛΑ. Κ'.

Περὶ Ἀχαιμενίδου, καὶ Σαάνου, καὶ Βενιαμὴν διακόνου· ὡς κατὰ Πέρσας πικρῶς κολασθέντες, τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσαντο.

Ἦν δὲ τις παρὰ Πέρσας Ἀχαιμενίδης τὴν κλησὶν ἀνήρ καὶ Ὀρμισδης καλούμενος, πατὴρ ὑπάρχου γεγενημένος, περιφανῆς ἐτάξαν καὶ πλοῦτον βρισθὼν πολλῶν· ὃν δὴ Χριστιανὸν εἶναι πυθόμενος βασιλεὺς, προῆγεν εἰς μέσον, καὶ τὸν σεσωκῶτα ἀρνεῖσθαι ἐκέλευε. Καὶ ὅς πρὸς τῷ μὴ δίκαια, ἀλλ' οὐδὲ συμφέροντα εἶναι ἃ προσέταττε βασιλεὺς, ἔλεγεν· « Ἐὰν γὰρ ἀνάγκη ἐπίκειται ἐκ τοῦ βῆστου ἀρνεῖσθαι τὸν τῶν ὄλων Θεόν, τοῦτω μάλιστα βῆδιον γένοιο καὶ βασιλεῖα καταφρονεῖν, καὶ μεταπίπτειν εἰς ἕτερον. Καὶ γὰρ καὶ βασιλεὺς ἀνθρώπος ὢν, ἐπικέρῳ φύσει κεκλήρωται· εἰ δὲ σοὶ κολαστέος ὁ τὴν σὴν δεσποτεῖαν ἀρνούμενος, καὶ τὰ σκήπτρα παρ' οὐδὲν λογίζόμενος, πολλῶν γε οἶμαι κολάσεως δίκην ὑπόσχοι, τὸν τῶν ὄλων Δεσπότην ἀποσειόμενος. » Ὁ δὲ βασιλεὺς, δέον ἐν μάλλον ἐκπλαγῆναι τὸν ἀνδρὰ τῆς παρῆρησίας, ὁ δὲ γυμνοὶ μὲν τοῦτον τοῦ πλοῦτου, καὶ τῆς περικειμένης ἀξίας ἀποστρεφεί· γυμνὸν δ' ἔλκειν τὰς καμήλους τῆς στρατείας ἐκέλευε, διαζώματι μόνῳ χρώμενον. Ἡμερῶν δ' ὀλίγων διελευσῶν, τῆς στοᾶς ἀνωθεν διακύψας τὸν περιφανῆ ἐκείνον ἄνδρα εἶρα, ὑπὸ τῷ φλογμῷ τῆς ἀκτίος διακαίόμενον, καὶ κόνει περιαντλούμενον· καὶ τὴν πατρικὴν εὐκλειαν εἰς· νοῦν ἐνεγκῶν, ἤγαγεν αὐτίς, καὶ χιτῶνι λίνου πεποιημένῳ ἐνέδυε. Νομίσας δ' ὑπὸ τοῦ πόνου καὶ τῆς ταλαιπωρίας, καὶ τῷ δῆθεν φιλανθρώπῳ νῦν γούν βῆλονος πειρασθαι καὶ εὐκόλου πρὸς συγκατάθεσιν, « Ἀλλὰ νῦν, φησί, τίως

τὴν πρωτέραν ἐξαπάτην ἀποθέμενος, τὸν τοῦ τέκτο-
 νος υἱὸν ἀπὸ βρύσου τῆς ψυχῆς. » Ὁ δὲ διαθερμαν-
 θείς, τὸν μὲν χιτωνίσκον διχῆ διελὼν ἀπέβριψε,
 μέγα ἀνακραγὼν. « Εἰ τοῦτου χάριν οἶμι με τῆς
 ἀρίστης μεταθέσθαι θρησκείας, δέχου δὴ τὸ δῶρον
 μετὰ τῆς ἀσεβείας. » Οὕτω δ' ἀνδρείως ἔχοντα βα-
 σιλεὺς θεασάμενος, γυμνὸν τῶν βασιλείων ἐξήλαυ-
 νεν. Ἐτερον δὲ Σατήνην ὄνομα ἀντειπόντα αὐτῷ,
 καὶ μηδαμῶς εἰς ἀρνησιν ἔλθειν τοῦ τῶν ὄλων Δα-
 σπότου ἐλόμενον, ἀπολεξάμενος τὸν χειρίστον τῶν
 οἰκετῶν, τὴν μὲν ἐξουσίαν τῶν συντρόφων, χίλιοι δὲ
 ἦσαν, ἐκείνῳ δίδωσι, καὶ αὐτὴν ἐκείνῳ δουλεύειν
 προσέτατε, καὶ τὴν κοινῶν τοῦ λέχους καὶ δέ-
 σποιναν ἐκείνῳ συνῆπτεν. Οὕτω γὰρ ἐδόκει πεῖσειν
 ἀποθέσθαι τὴν γνώμην τῆς ἀληθείας τὴν ἐραστήν.
 Ἄλλ' ἥκιστα πέρας εἶχεν αὐτῷ ἡ ἐπίνοια. οὐ γὰρ
 ἐπὶ τῆς ψάμμου, ἀλλ' ἐπὶ τῆς πέτρας ὁ οἶκος ἐκείνῳ
 ἐρήρειστο τῆς ψυχῆς. Καὶ τινα δὲ Βενιαμὴν διάκον-
 ον συλλαβὼν, εἰρηκτῆ παρεδίδου. Ὡς δὲ δύο ἔτη
 ἐξήνησε τῆ φρουρᾷ, πρέσβις Ῥωμαίων κατὰ τινα
 χρεῖαν τῷ Πέρσῃ γενόμενος, μεσίτης ἐγένετο τὴν
 λύσιν τοῦ διακόνου αἰτῶν. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπηγγέ-
 λετο δοῦναι τῷ πρεσβευτῇ, εἰ μόνον Βενιαμὴν ὑπο-
 χρέσει πεδῆσειεν ἑαυτὸν, ὡς οὐδένα τῶν μάγων
 παῖσει τὴν Χριστιανῶν ἐλέσθαι θρησκείαν. Ὁ μὲν
 οὖν πρέσβις τῷ Βενιαμὴν ἐκοινοῦτο τὸν λόγον, καὶ
 ὁ Ζητοῖη ὁ Πέρσης. Ὁ δὲ μὴ δυνατὸν ἔλεγεν εἶναι,
 μὴ θανεῖσθαι τὸ φῶς οὐ ἀφθόνως μετέσχε. Τῷ γὰρ
 τὸ τάλαντον κατακρύψαντι ὁπόση τις ἐπεγένετο τι-
 μωρία, λαμπρῶς ἄγαν ἡ τῶν θείων Ἐπαγγελίων
 ἴστωρεῖ βίβλος. Ὡν οὐδὲν γνοῦς ὁ βασιλεὺς, τῶν
 δεσμῶν ἐκέλευεν ἀνιέναι. Ὁ δὲ τὰ συνῆθη ἔδρα καὶ
 πάλιν, τοὺς τῷ ζῶσφι τῆς πλάνης καταχομένους ζω-
 γρῶν, καὶ τῷ θεῷ καὶ νοερῷ προσάγων φωτὶ. Ὡς
 δ' ἐνι αὐτοῖς ἐξίκετο, τὰ πραττόμενα τῷ Βενιαμὴν
 ἐμνηύετο βασιλεῖ. καὶ διῆτ' ἀγαγὼν αὐτὸν, προσ-
 ἔταξεν ἀρνηθῆναι ὃν γνησίως ἐκήρυττε Κύριον. Ὁ
 δὲ τῷ βασιλεῖ εἶπε, « Τίνος ἂν ἀξίος εἴη, ὃς τὴν
 σφετέραν ἀπαρνούμενος βασιλείαν, ἑτέραν ἔλοιτο; »
 Ὁ δὲ, « Θανάτου καὶ τιμωρίας ἐσχάτης. » Πρὸς
 ταῦτα δὴ ἐπάγει Βενιαμὴν, « Ἄρ' οὖν πόσης ἂν
 ἐπαξίας μεταλάχοι τῆς δικῆς ἄνθρωπος, τὸν τῶν
 ὄλων μὲν ἀρνούμενος Δασπότην, καὶ σωτήρα καὶ
 κηδεμόνα, ἐνὶ δὲ τῶν ὁδοῦλων τὸ σέβας προσάγων,
 καὶ τὴν προσήκουσαν ὀφειλὴν μὴ ἐκείνῳ ἀποτινύς; »
 Ὁ δὲ βασιλεὺς τοῖς ῥήμασι χαλεπήνας, Ἰσραήλους
 καλὰ μῶς τοῖς δακτύλοις τῶν χειρῶν καὶ ποδῶν
 ἀποξύνας, ἐμπείρειν τοῖς ὄνυσιν ἐκέλευετο. Ὡς δὲ
 παιδιὰν τὴν τοσαύτην τιμωρίαν τὸν στεφανίτην
 ἑώρα δειχόμενον, κάλαμον ἕτερον παροξύνας, τῷ
 παιδογόνῳ ἐνήκε μορίῳ. ὃν πυκνότερον ἀνέλκων
 καὶ πρῶτον αὐτῷ, ἀρρήτον καὶ ἀφόρητον ἐποίησε
 τὴν ἀληθῆρα. Ἐπει δὲ καὶ τὴν πιχροτάτην βάσα-
 νον γενναίως διεκαρτέρει, ἑτέραν προσῆγε, δευτέ-
 ρας τὰς προτέρας ἀποδεικνύουσας. Ῥάβδον γὰρ
 παχείαν ἄγειν ἐκέλευεν, ὃζους πανταχόθι προβαλλο-
 μένην πυκνοῦς. ταύτην δὲ διὰ τῆς ἔλαρας ἐμβάλλειν
 τῷ ἀθλητῇ, ἔπειτα ἐξάγειν τε καὶ ἐνέρειν κατ'
 αὐτῆς μάλα σφοδρότερον. Ἐφ' ἧ μὴ πλέον στέγει·

A repulso, fabri filium ex animo tuo ejice. » Atque
 ille exardescens, tunicam illam conscissam abjecit,
 et voce magna: « Si hujus, inquit, gratia me reli-
 gionem longe optimam mutaturum putas, en munus
 tui tibi, una cum impietate habe. » **477** Rex
 autem tam forti illum animo esse cernens, nudum
 regia exegit. Alius erat Saenes nomine, qui regi
 restitit, neque rerum cunctarum Dominum perne-
 gare voluit. Rex ex famulis illius multo deterrimum
 elegit, potestatemque in mille ministros illi adem-
 ptam, ei attribuit, atque etiam huic illum servire
 jussit, consorte quoque thori et domina isti con-
 juncta. Nam ita demum se persuasurum veritatis
 amatori, ut animum et sententiam suam mutaret,
 existimabat. Verum minime ei consilium succes-
 sit. Non enim in arena, sed in petra mentis illius
 domus fundata fuerat. Benjamin etiam diaconum
 quemdam comprehensum custodiae mancipavit, in
 qua cum duos exegisset annos, et orator Romanus
 ex causa quadam apud Persam esset, medium se
 is interposuit, ut diaconus vinculis solveretur pe-
 tens. Rex hoc se legato daturum promisit, si modo
 Benjamin se obligaret, se nulli ex Magis, ut Chri-
 stianam susciperet religionem, suasurum esse. Le-
 gatus porro rem eam et quid Persa quaereret, ad
 Benjamein retulit. Atque ille fieri non posse dixit,
 ut luce ea quam copiosam recepisset, non fœnera-
 ret. Quæ enim pœna ei constituta sit, qui talen-
 tum sibi datum defoderet, aperte admodum divi-
 norum Evangeliorum codicem ostendere. Quam
 rem ignorans rex, liberum eum esse jussit. Et ille
 rursus solitum officium suum fecit, eos qui erro-
 ris caligine detinerentur capiens et ad divinam
 atque intellectualem lucem adducens. Præterit
 annus, et quæ Benjamin agebat, regi indicata sunt:
 qui eum ad se productum, pernegare quem sincere
 prædicaret Dominum jussit. Atque ibi ille ad re-
 gem: « Quidnam, inquit, commereatur, qui impe-
 rium tuum abnegans, ad alium se conferat regem?
 Mortem, rex ait, et supremum supplicium. » Tum
 Benjamin: « Quodnam igitur, intulit, satis dignum
 homo ferat supplicium, qui universitatis hujus
 Domino Servatore et rectore abjurato, non illi
 cultum honoremque debitum, sed ex conservia
 suis uni præstet? » Verbis hisce rex graviter com-
 motus, æqualem cum digitis manuum atque pedum
 calamorum numerum exacui, et unguibus illius
 infigi præcepit. **478** Ut vero atletam corona de-
 corandum, tormentum id perinde atque ludum
 jocumque excipere vidit, calamum alium in cuspi-
 dem acuminatum membro ejus virili immisit:
 quem frequentius subinde infgens atque retrahens
 incredibilem intolerabilemque illi creavit dolorem.
 Postquam autem hoc quoque acerbissimum sup-
 plicium generose pertulit, aliud intulit, quod pri-
 ora illa secundas partes ferre ostendit. Virgam
 enim crassiorem afferre, ex parte omni densos ra-
 morum uncus prætendentem, et in sedem decerta-
 toris injici, ac deinde identidem per eam atrahi

et retrahi jussit. Quem cruciatum cum amplius tollerare non posset, spiritum, fortis ille veritatis propugnator et athleta, reddidit. Infinita vero alia ab audacibus et impiis illis quoque tentata sunt. Quale videlicet et illud est in Jacobo Persa patratum. Is enim cum Christianus antea fuisset, propter intercedentem sibi cum Isidigerde Persarum rege amicitiam, paternam religionem rejecerat. Postquam autem per matrem et conjugem rursus ad fidem Christi admonitus revertit, et eam rem princeps agre tulit, acerbam quamdam, et propter novitatem admirandam, post supplicia multa, subiit mortem. Nam ubi articulis et juncturis quibusque, in commoda et apta totius corporis membrorum conformatione, ex manibus, brachiis, pedibus et suris ei resectis, reliquum nihil quam una cum ventre caput solum habuit, quoniam ne tam quidem fidem in Christum abjecit, et idipsum postremo ferro amputatum est. Minime vero mirandum, si rerum universarum Dominus feritatem illorum sustinuit. Nam et qui Constantini imperium præcesserunt principes, rabiem suam adversus veræ pietatis amatores evomuerunt. In primis vero Diocletianus, omnium gravissimus, ipso augustæ et venerandæ Passionis die ecclesias sub imperio Romano ubique omnes evertit. Et novem elapsis annis, illic quidem ad priorem florescentes rediere statum, ac potius et pulchritudinem et amplitudinem multo præstantiorem recepere. Diocletianus autem postremo disperiit, et cum impietate extinctus est. De bellis autem et persecutionibus hisce, ipse vaticinatus est Dominus. Nec id modo, verum etiam Ecclesiæ ipsius invictum et insuperabilem statum prædixit. **479** Res ipsa hoc testatur. Quodammodo namque pace ipsa nobis bellum utilitatem affert majorem, propterea quod tentationes istæ, ut Ecclesia magis etiam refulgeat, efficiunt. Pax enim molles nos, desides et timidos reddit. Bellum autem, cum animos nostros acuit, tum rebus presentibus nos affigi non patitur: sed ut eas despiciamus, et fluxa hæc atque caduca pro nihilo habeamus, suadet.

CAPUT XXI.

Et propter Christianorum persecutionem pace cum Persis fracta, ingens certamen inter Persas et Romanos sit commissum; cum autem Romani virtute vicissent, simul et bellum et persecutio Christianorum finem habuerit, pace annuo inter Romanos et Persas firmata.

Christiani apud Persas intolerandis, quæ alia super alias inducebantur, ærumnis pressi, ad Romanos confugerunt, opem eorum petentes, et ne ipsi ita afflicti despicerentur, rogantes. Episcopus Atticus benigne supplices eos suscepit, et ut quantum posset eos adjuvaret propensus fuit: et imperatorem Theodosium pro eis compellans, ad eos vindicandos excitavit. Eo tempore alia quoque acciderunt, ut Romani non mediocriter a Persis affligerentur, propterea quod Romanæ ditionis hominibus qui mercede in aurifodinis opus ibi faciebant, redire inde non permittebatur, et Ro-

δυναμένους, τὸ πνεῦμα παρεδίδου ὁ γενναῖος τῆς ἀληθείας ἀγωνιστῆς· πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα μυρία παρ' ἐκείνων ἐτολμήθη τῶν εὐσεβῶν· ὅποιον ὄρεται καὶ Ἰακώβῳ τῷ Πέρῃ γεγονέναι. Χριστιανὸς γὰρ οὗτος τὸ πρότερον ὢν, διὰ τὴν πρὸς Ἰσδιγέρδην τὴν Περσῶν βασιλέα φιλίαν, τὴν πατρῴαν θρησκείαν ἀποβαλὼν, ἐπέει διὰ τῆς μητρὸς καὶ τῆς γαμετῆς εἰς τὴν πρὸς Χριστὸν πίστιν αὐτοῖς ἀνέδραμε, χάρις πῆφαντος δι' αὐτὸν ἐκ τοῦτο τοῦ κρατούντος αὐτοῦ, πικρὰν τινα καὶ ξενίζουσαν μετὰ πολλὰς κολάσεις ὑφίσταται τελευτήν. Κατὰ γὰρ μίαν ἐκάστην τῆς ὀλομελείας τοῦ σώματος ἀρμονίαν τμηθεὶς, ἀπὸ τῶν χειρῶν καὶ βραχιόνων καὶ ποδῶν καὶ κνημῶν, ὡς μόνην αὐτῷ περιλειφθῆναι μετὰ τῆς κοιλίας τὴν κεφαλὴν· ἐπέει μὴδ' οὕτως τῆς πρὸς Χριστὸν με-

B ἔθετο πίστεως, ξίφει καὶ ταύτην τὸ τελευταῖον ἀσφ-
ρηται. Θαυμάζειν δ' ἤκιστα χρῆ, εἰ τῆς ἐκείνων θηριωδίας ὁ τῶν ὄλων Δεσπότης ἠνείχετο. Οἱ γὰρ πρὸ τῆς ὀρχῆς Κωνσταντινίου γεγεννημένοι κατὰ τὴν τῆς εὐσεβείας προμάχων ἐλύττησαν. Ὁ δὲ πάντων δεινότερος Διοκλητιανὸς καὶ ἐν τῇ τοῦ σεβαστείου Πάθους ἡμέρᾳ τὰς ἀπανταχοῦ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἐκκλησίας κατέλυσεν. Ἐννεὰ δὲ διωδραμῶτων ἐτῶν, ἐκείναι μὲν εἰς τὴν προτέραν πάλιν ἦγον κατὰστασιν ἐξανθήσασαι· μᾶλλον δὲ καὶ ἐς ὑπερβολὴν τὸ κάλλος ἐδέξαντο, καὶ τὸ μέγεθος· ἐκείνος δ' εἰς τέλος ἐβύβη, καὶ μετὰ τῆς εὐσεβείας ἐκοίθη. Περὶ δὲ τῶν νυνὶ πολέμων φθάσει προσιπῶν ὁ Δεσπότης· ἀλλὰ σὺν αὐτοῖς καὶ τὸ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῖς ἀήτητον καὶ ἀνάλυτον. Καὶ αὐτὰ δὲ μαρτυρήσει τὰ πράγματα· καὶ γὰρ πως πλείονά τινα ὁ πόλεμος τῆς εἰρήνης ἡμῶν περιποιεῖ τὴν ὠφέλειαν, τῶν πειρασμῶν τούτων ἐπὶ μείζον λάμπει τὴν Ἐκκλησίαν παρασκευάζοντων. Εἰρήνη μὲν γὰρ ἀβροῦς καὶ δειλοὺς ἡμᾶς ἀπεργάζεται· ὁ δὲ πόλεμος τὸ τε φρόνημα θῆγει, καὶ μὴ προστετεκνίαι τοῖς προϋσιν, ἀλλὰ καταφρονεῖν πείθει, καὶ ἐν μηδενὶ ποιεῖσθαι τὰ βέροντά τε καὶ παρατρέχοντα.

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Ὡς διὰ τὴν πρὸς Χριστιανούς μάχην τῶν πρὸς Πέρσας σπονδῶν λυθειῶν, μεγάλη μάχη μετὰ τὴν Περσῶν καὶ Ῥωμαίων ἐγένετο. Τῶν δὲ Ῥωμαίων κατὰ κράτος νικησάντων, ἦ τε μάχη καὶ ὁ διωγμὸς τῶν Χριστιανῶν τέλος εἶχε· καὶ πρὸς ἀλλήλους αὐτοῖς Ῥωμαῖοι καὶ Πέρσαι ἐσπένδοντο.

Οἱ δ' ἐν Πέρσῃ Χριστιανοί, τῇ τῶν ἀνυποίστων δεινῶν ἐπαγωγῇ πιεζόμενοι, Ῥωμαίοις προσέφυγον, ἐπικουρεῖν δεόμενοι, καὶ μὴ οὕτω φθειρομένους ὑπερορᾶν. Ὁ δ' ἐπίσκοπος Ἀττικὸς ἀσμένως τοῖς ἐκείτας προσέειπε, καὶ ὅσα τὰ ἐς δύναμιν ἐπαύσαντο πρὸς ἑαυτοὺς ἦν· καὶ αὐτίκα βασιλεῖ Θεοδοσίῳ τοῖς ὑπὲρ ἐκείνων λόγους προσῆγε, καὶ εἰς ἀμύνην ἀντιβέβηκε. Κατ' ἐκείνο δὲ καιρὸν συνέβαινε καὶ ἄλλοις ἁπλοῦς οὐ μέτρια λυπεῖσθαι Ῥωμαίους πρὸς Πέρσας· ὅτι περ τοὺς ἐπὶ μισθῶ παραγενομένους χρυσορρυχτάς Ῥωμαίους ἐκείσε ὅπισθω λέναι Πέρσαι οὐκ εἶον· ἐπὶ δὲ καὶ ὡς τὰ τῶν ἐμπόρων Ῥωμαίων φορεῖα διήρ-

πιοσαν. Συνεχρῆται τούτων τῇ λύπῃ ταύτῃ καὶ ἡ πρὸς Α τῇ Κωνσταντινίου τῶν ἐκεῖσε Χριστιανῶν καταφυγῇ· καὶ εἰς μάχην τὸ ἔργον ἐχώρει. Ὁ μὲν γὰρ Πέρσης, πρέσβεις πέμπων. τοὺς πρόσφυγας Ῥωμαίων ἦρει· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι οὐδαμῶς δίδουσι ἐβούλοντο, οὐ μόνον ὅτι οἷαπερ ἰκέτας σώζειν ἤροῦντο, ἀλλ' ὅτι καὶ ὑπὲρ τῆς σφῶν θρησκείας πάντα δρῶν ἔτοιμοι ἦσαν, ἢ τοὺς τῆς ἰσῆς πίστει κοινωνοῦντας ὑπεροβῆν. Καὶ δὴ τῶν σπονδῶν λυθισῶν, μάχῃ δεινῇ μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Περσῶν ἤρετο· περὶ ἧς βραχέα διαλαθεῖν ἀμεινον ἤγηται. Ἀρδαβούριος μὲν γὰρ ἐκεῖνος ἐκ βασιλείων σταλεὶς στρατηγός, σὺν οὐ πολλῇ δυνάμει, διὰ τῆς Ἀρμενίων εἰς τὴν Περσῶν εἰσβαλῶν, μίαν τῶν ἐκεῖνης ἐπαρχιῶν (Ἀζαζηνή καλεῖται) ἐπύρβει· ὧ ἀντιπράττειν ἐκ τοῦ Περσῶν ἡγουμένου Ναρσαῖος ἕτερος στρατηγός ἀντεπέμπετο, βαρεῖαν ἐπαγόμενος δύναμιν. Συρβαλῶν δ' ἐκεῖνῳ καὶ οὐκ ἤτη λαμπρᾷ φυγῇ χρῆσάμενος, ἀντιστρέψας διὰ Μεσοποταμίας, ἀφύλακτῳ ἔργῳ ἀόρῳν ἐπιβρύχῃαι τῇ Ῥωμαίων γῆ, καὶ οὕτω τὴν ἤτην ἀνακαλέσασθαι· οὐ μὴν Ἀρδαβουρίῳ λαθεῖν εἶχεν ἂ Ναρσῆς ἐβουλεύετο. Ὅσον οὖν εἶχε τάχους, τὴν Ἀζαζηνὴν ἐσχάτως πορθήσας, καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὴν Μεσοποταμίαν ἤλασεν. Ἐκεῖνος δὲ πολυπλασίῳ τῆν δυνάμειν ἐπισωρεύσας, ὅμως τοῖς ἔρλοις Ῥωμαίων οὐκ ἰσχυρῶς ἐμβαλεῖν. Φθάσας δ' ὅμως τὴν Νισιδίαν, ἣ δὴ πόλις μεθόριον ἐστὶ Περσῶν καὶ Ῥωμαίων, Πέρσαις δ' ὅμως ὑποκειμένη, πέμψας ἐκεῖθεν Ἀρδαβουρίῳ ἐσήμαιεν ἐπὶ συνθήκαις τὸν πόλεμον γίνεσθαι, τόπον καὶ ἡμέραν ὀρίσας, ὀπνηίκα συρβαγῆναι τὴν μάχην κρῶν. Ὁ δὲ τοῖς πρέσβεσιν Ναρσαίῳ εἰπεῖν ἐκέλευεν· Οὐχ ὅτε σὺ βούλει πολεμητέα εἶναι Ῥωμαίους, ἀλλ' ὀπόταν ἐκεῖνοις εὐ ἔχειν δοκοίη. Μεγάλῃ δ' οὖν δυνάμει προσθαλεῖν Πέρσῃν οἰόμενος, Θεῷ τὴν τοῦ πολέμου ἐλπίδα πᾶσαν ἀκριβῶς ἀνέτιθει μεγίστην καὶ αὐτὸς δυνάμειν παρεσκευασμένος. Ἄλλ' ὅπως τῆς θείας ἡμολόρησεν ἀρωγῆς ἐκεῖνῳ πιστεύσας, ἐντεῦθεν κατάδηλον ἦν. Ἐν μεγίστῃ ἀγωνίᾳ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει καθισταμένων, ἀμφιβαλλόντων ποτέρῳ τῶν μερῶν ἡ νίκη ἐπιγελάσει, ἄγγελοι θεοὶ τισὶ περὶ Βιθυνίαν ὀφθέντες, κατὰ τινὰ χρεῖαν τῇ Κωνσταντινίου ἐπιδημοῦσι, λέγειν ἐκέλευον, εὐχῇ μάλα προσκεῖσθαι καὶ θάρσος ἔχειν στερέδον, καὶ πιστεύειν Θεῷ ὡς ἡ νίκη Ῥωμαίων ἐστὶ. Προσετίθεσάν γε μὴν, ὡς καὶ αὐτοὶ βραβευταὶ πεμφθεῖεν ἐκεῖθεν τῆς νίκης, καὶ Ῥωμαίους τὰ μάλιστα συναρῆγοντες. Ὁ δὲ καὶ εἰς ὧτα ἔλθον, οὐ μόνον τοὺς ἐν τῇ πλειεῖ ἐθαύρουνεν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν στρατιωτῶν φρονήματα μᾶλλον ἐπέβρῶσεν. Ἐπεὶ γοῦν, ὡς εἴρηται, ἐκ τῆς Ἀρμενίων εἰς Μεσοποταμίαν μετεχώρει ὁ πόλεμος, Ῥωμαῖοι κατακλείστους ποιησάμενοι τοὺς περὶ Νισιδίαν πόλιν, ἐπολιόρχουν, πύργους φυλίνους ἐσκευασμένοι, οἱ τροχοὶ τισιν ἐκ μηχανῆς βαδίζοντες, τοὺς τελέσσειν ἤγοντο· καὶ τῇ μακρᾷ τειχομαχίᾳ πολλοὺς τῶν ἀνωθεν ἀμυνομένων ἠψάνισον. Ὁ δὲ τῶν Περσῶν βασιλεὺς Βαράνης πεπορθῆσθαι μὲν

manorum mercatorum merces diripiebantur. Ad quas injurias Christianorum in urbem Constantinopolitanam accessit per fugium. Et res in bellum evasit. Persa namque, legatione missa, per fugas sibi dedi a Romanis petiit. Romani autem id facere noluerunt, non modo quod illos tanquam supplices et precatore servare voluerint, sed etiam quod pro religione sua facere quidvis et pati potius parati fuerint, quam ut eos quibuscum communem fidem haberent, despicerent. Proinde pace soluta, bellum grave inter Romanos et Persas est ortum: quod paucis perstringere commodius esse visum est. Ardaburius ille ex imperiali aula cum non ita multis copiis missus dux, per Armeniam in Persidem excurrit, et provinciam ejus quamdam Azazenem vocatam vastavit. Adversus quem a rege Persarum dux alius Narses venit, ingentem secum ducens exercitum. Illic commissa cum Ardaburio pugna, cum ingenti suorum clade victus in fugam se dedit. Ex qua conversus, per Mesopotamiam Romanorum ditio-nem, presidio omni vacuum invadere, et sic acceptæ cladis ignominiam abolere statuit. 480 Verum consilium quod Narses ceperat, Ardaburium latere non potuit: qui quam maxima potuit celeritate, regione Azazena summe vastata, et ipse Mesopotamiam petiit. Narses quamvis varii generis copias coacervasset, ingredi tamen Romanorum fines ausus non fuit. E Nisibi autem civitate, quæ in finibus Persarum et Romanorum sita est, Persis tamen subjecta, hominibus certis ad Ardaburium missis, de conditionibus pugnae committendæ, loco et die constituto, certiore eum fecit. Cui ille renuntiari jussit: Romanos, non quando ille vellet, sed quo tempore ipsis commodum visum esset, prælium facturos. Et cum Persam magnis viribus copias suas invasurum putaret, spe belli omni summopere in Deum collocata, maximas et ipse vires contraxit. Sed enim divino auxilio, quo maxime fidebat, adjutum eum esse, inde satis constat. In urbe Constantinopolitana, in anxia sollicitudine cum cives essent, et addubitarent euntiam parti victoria arrisura esset, angeli Dei quibusdam in Bithynia, propter negotium certum Constantinopolim petentibus apparuere, eosque ibi annuntiare jussere, ut illi precationi admodum incumbere, et animum fortem obtinerent, ac Deo crederent, victoriam Romanorum fore (1), illud insuper addentes, indices ipsos inde et nuntios victoriae, qui Romanis præsentem maxime opem ferant, a Deo missos esse. Quæ res ubi ad aures hominum pervenit, non modo civibus ipsis animum addidit, sed etiam militum fortitudinem confirmavit. Itaque ubi bellum, sicuti dictum est, ex Armenia in Mesopotamiam translatum est, Romani eos qui in urbe Nisibi clausi atque circumvallati erant, obsidione prementes, tur-

(1) Soerat. lib. vii, cap. 18.

τοὺς κανόνας ἡμαρτηκῶς, οὕτε μὴν τῇ κρίσει τῶν Πατέρων διαλυμηνάμενος. Μνημονεύεται γὰρ μετὰ τῶν ἀπεληλυθόντων οὐ μόνον ἐπισκόπων, ἀλλὰ καὶ πρεσβυτέρων, καὶ διακόνων, καὶ λαϊκῶν, καὶ γυναικῶν· πρὸς οὓς ἅπαντας οὐκ ἔστιν ἡμῖν κοινωνία ἱερωσύνης, οὐδὲ μετὰδοσις τῶν ἐπὶ τῆς ἀγίας τραπέζης μυστικῶς τελουμένων. Πολλὴ γὰρ τὸ μέσον τῶν ὑπελθόντων τὸ πέρασ, καὶ τῶν ἐπι ὑπὲρ γῆς τυγχάνοντων, ὥστε καὶ συνδιαριεῖσθαι τὰς βίβλους πρὸς τὴν τῶν μνημονευομένων κατάστασιν. Οὕτε γὰρ τι τὸν Δαυὶδ ἔβλαψεν ἡ ἔντιμος τοῦ Σαοὺλ κηδεῖα, οὕτε τοὺς ἀποστόλους ὁ τῆς τοῦ Ἀρείου ἀσεβείας ὁπαδὸς Εὐδόξιος, ὑπὲρ τὸ αὐτὸ θυσιαστήριον κείμενος· οὕτε Παυλῖνός τε καὶ Εὐάγριος, οἱ γενόμενοι ἀρχηγέται τοῦ σχίσματος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας· ὅτι μετὰ θάνατον, πολλὸν ἐξότου χρόνος, τοῖς μυστικοῖς διπτύχοις διὰ τὴν τῶν λαῶν εἰρήνην τε καὶ ὁμόνοιαν ἐνεγράφησαν. Διόπερ καὶ αὐτοὶ κέλευσον ἐγγραφῆναι τὴν προσηγορίαν τοῦ ἀπεληλυθότος ταῖς κατ' Αἴγυπτον ἐκκλησιαστικαῖς τῆς οἰκουμένης χάριν εἰρήνης, μήτε Πατέρων λῶν κανόνας, καὶ τὴν ὁμόνοιαν πασῶν ὁμοῦ τῶν ἐκκλησιῶν περὶ πλείστου ποιούμενος. Ὅτι δὲ καὶ ἡμῖν γράψαι τὰ πρόποντα, πεπληροφόρημαί, πρὸς τε τὴν ὁμοφυλίαν καὶ τὸ κοινὸν τῆς ἀδελφότητος ἀποβλέπων. Πᾶσαν τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα ἐγὼ τε καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ προσαγορεύομεν. » Καὶ πρὸς μὲν Κύριλλον ταῦτα ἔγραψεν· ἐπι δὲ διερεθίζων αὐτήν, καὶ ἄλλην πρὸς Πέτρον καὶ Αἰδέσιον τοὺς ἐκεῖνου διακόνους ἀπέστειλε, τὰς διεξιούσαν· « Ἐπίσταλται μὲν τὰ εἰκότα πρὸς τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν Κύριλλον τῶν γεναιμένων ἕνεκεν τῆς προσηγορίας Ἰωάννου, τῆς ἐν τοῖς διπτύχοις γραφείσης τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς. Οὐδὲν δὲ ἤτιον καὶ τῇ ὑμετέρᾳ γράφῃ εὐλαβεῖα πλέον τῶν ἄλλων ἐπισημνῆναι τὰ ἐνταῦθα, εἰρηνικῶς τε τὴν ὑπόθεσιν ἀποδοῦναι, τῷ μάλιστα τοῦτο δόξαι, προηγουμένως μὲν τοῖς εὐσεβεστάτοις βασιλεῦσιν, ἔπειτα δὲ καὶ πᾶσι τοῖς ἀνατολικῶς ἐπισκόποις. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τοῖς τῆς ἐσπέρας αὐτῆς· οὐχ ὡς ἐπισκόπου γραφομένου, ἀλλ' ὡς πάσαι μὲν τοῦτου γενομένου, μνήμης δὲ ἀξιοῦσθαι διὰ τὴν οἰκουμένην εἰρήνην ὀφείλοντος. Γράφω δὲ, ὥστε μὴ τῆς, ὁμονοίας τὸ πᾶν ὡς εἰπεῖν νεμηθείσης, μόνους ὑμᾶς μὴ συνθεμένους, καὶ τοῖς εὐσεβεστάτοις βασιλεῦσι δοκεῖν ἀντιλέγειν, καὶ τοῖς ἀναγκαιοτάτοις πράγμασι ἡμῶν, ἀντιπνοίας τινὸς γενομένης, βιάπτεσθαι τὰς ἐκκλησίας Χριστοῦ. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως· σφύδρα δὲ ἡμᾶς ἤγαγεν εἰς συναίσθησιν ἡ ἀποδημία ὑμῶν, τῶν νῦν συνόντων ἡμῖν ἀνθ' ὑμῶν· οὐχ οὕτως ἡμῖν συμβιούντων, ὥστεπρ ἢ καὶ ὑμεῖς, ὡς τῷ ξενισμῷ τῶν τρώπων τοούτων τε καὶ ὑμῶν μικροῦ δεῖν ὑμᾶς ἀνιδῆσθαι. Διόπερ πάντα ὑπερβέμενοι, σπουδάσατε καὶ εἰς τὸ ἐξῆς δραμεῖν πρὸς ἡμᾶς, ἐκ τῆς συγκρίσεως, σφοδροτέρων εὐρίσκοντες ἢ πρότερον παρ' ἡμῖν τὴν ἀγάπην. » Τὰ τοίνυν τοιαῦτα γράμματα δεξάμενος Κύριλλος τοσοῦτον παρητέτο τὴν πράξιν, ὡς ἐκ τῶν γραμμάτων δῆ-

ex multitudinis arbitrio, exemplo uno permisso, penderent, neve urbem ipsam populari administrationi assuefaceremus, nomen id in album referri jussi. Quare, ut equidem puto, neque in sacros canones commisi, neque iudicio Patrum fraudem feci. Mentio namque ejus fit cum defunctis non solum episcopis, sed et presbyteris, diaconis et laicis ipsis, mulieribusque, cum quibus omnibus nobis sacerdotii communio, aut earum rerum quæ in sacra mensa mystice percipiuntur, participatio non est. Magna enim est inter defunctos et superstitem differentia, ita ut etiam libri, propter differentem eorum quorum memoria conservatur statum, discreti sint. **493** Nihil enim Davidi obfuit honorifica Sauli sepultura, neque apostolis Arii impietatis sectator Eudoxius, sub eadem sanctiore sacrificii ara positus : neque Paulinus et Evagrius Ecclesie, qui schismatis et dissidii duces in Ecclesia Antiochena fuere, quod post obitum, non paucis hinc ab annis, propter populi pacem et concordiam mysticis tabulis sunt inscripti. Quam ob causam ipse quoque Ægypti ecclesiis, ecclesiarum orbis totius pacificandarum gratia, ut mortui illius nomen inscribant, præcipie. Ita enim cum Patrum canones non transgredi, tum ecclesiarum simul omnium concordiam plurimi facies. Te vero ea nobis, quæ convenit, rescripturum esse, ad communem consensum et fraternitatem respicientem, persuasum habeo. Fraternitatem, quæ tecum est, omnem, ego quique necum sunt, salvere jubemus. » Ad Cyrillum Atticus hæc scripsit. Rem autem istam magis etiam urgens, aliam quoque epistolam ad Petrum et Ædesium diaconos ejus, hisce verbis dedit : « Ad Dei amatissimum episcopum, fratrem nostrum Cyrillum, ita ut decuit, per epistolam scripsimus ea quæ nomine Joannis in ecclesiasticas tabulas relato acta sunt. Nihilo vero minus et ad pietatem vestram scribimus, quæ melius quam alii res nostras novit, ad pacem videlicet et tranquillitatem eas evasisse, de sententia præcipue piissimorum principum, et omnium deinde Orientalium episcoporum, ipsorumque adeo Occidentalium quoque, de Joanne sacris tabulis, non ut episcopo, sed qui aliquando episcopus fuerit, inserto, ut memoria ejus, propter communem orbis universi pacem coleretur. Scribimus autem, ne, concordia ubique propemodum obtinente, solis nobis ei non astipulantibus, simul et piissimis principibus adversari videamur, et summe necessariis rebus nostris, ventis aliquibus adversis obortis, et Ecclesie Christi noceamus. De his hactenus. In magnum vero desiderium nos profectio vestra adduxit, quod non eandem ex eorum qui nunc nobiscum sunt, quam ex vestro convictu percipiamus jucunditatem, adeo ut novitate familiaritatis eorum quæ a consuetudine vestra multum differt, fere perturbemur. **494** Quapropter rebus omnibus postpositis, ope-

ram date, ut deinceps ad nos recurratis, propter **A** λον γενέσθαι. "Α δ' οὖν ἀντέγραψε, τοῦτοις διεξ-
 morum, quod experti sumus, discrimen, apud nos ληπτο·
 vehementiorem quam antea reperturi charitatem. Litteris ejusmodi Cyrillus receptis, maxime per
 rem eam aversatus est, sicuti ex litteris ejus satis liquet. Nam quæ Attico rescripsit, sic habent :

CAPUT XXVII.

*Epistola contraria sancti Cyrilli ad Atticum, nomen
 Joannis admittente detractantis.*

« Lectis quæ a pietate tua ad me missæ sunt, litteris, Joannis nomen sacris inscriptum esse tabulis intellexi. Ubi vero eos qui inde ad nos venire, interrogavi, non in laicorum, sed episcoporum catalogo ascriptum esse audivi. Porro dispicienti mihi, atque in animo reputanti, an qui hoc fecere, Nicænorum Patrum decreta sequantur, et aliquid mentis luminibus in magnam illam synodum intendenti, universum sanctorum illorum Patrum collegium, quibusdam veluti oculis renuere, et viribus omnibus, quominus ad rem eam comprobendam accurram, obsistere videntur. Quomodo namque inter sacerdotes Dei censebitur, illorumve feret sortem, cui sacerdotalis dignitas abrogata est? Quomodo vero in catalogo sacrorum ministrorum erit, qui ecclesiasticis mœnibus ejectus est? Aut enim professione nostra indignum est, ut sacerdotii nomen nihil esse, et rem ipsam communem omnibus esse, quæ tamen eis solis qui ad eam vocati sunt, asservata est, dicamus: aut si magnum quiddam est, quod sacerdotalem functionem a populi multitudine dirimit, non miscenda quæ misceri non possunt, sed eorum quæ diximus quodvis in ordine suo conservandum, et honore debito cohonestandum nobis erit. Quomodo igitur aut inter episcopos laicus, aut inter germanos et legitimos, qui talis non sit, consistet? Honora, te hortor, eos qui magnarum et splendidarum recteque actarum rerum tulere testimonium, ne contumelia sanctum Patrum chorum afficias. Considera eos qui superstites adhuc in vita manent, quomodo rem hanc acceperint. An non illi dolore se omni repletos esse recte dicant, **495** si in eundem cum eis ordinem, is cui dignitas adempta est referatur? Verum id pietati quoque tuæ persuasum esse puto. Quamobrem et illis et nobis mœroris abole causam. Tolle omnium tristitiæ occasionem. Nam facile et expedite ea quæ præter opinionem accidunt, disponere et administrare, boni et sapientis esse dixerim: sed tum deum, cum nihil detrimenti afferat. Non enim, quamvis gregem Christi propagare, frequentioreque ellidere studeamus, examina hæresum, si errorem suum non repudient, recipimus. Et proinde non omnino prompta quadam dispensatione facilem cum eis connecti pacem debemus, adversus quos pugnare præstet. Dispensationis sane laudatæ opus fuerit, si quandoque ita a debita ratione deflectere videamur, ut in rebus utilibus et commodis de-

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

Ἀντεπιστολὴ τοῦ ἀγίου Κυρίλλου πρὸς τὸν Ἀττικόν, ἀπαγορεύουσα τὸν Ἰωάννην εἰσελάσθαι.

« Τοῖς παρὰ τῆς σῆς θεοφιλείας ἐπεσταλμένοις ἐντυχῶν, ἐγγεγράφαι μὲν τὴν Ἰωάννου προσηγορίαν ἐν ταῖς ἱεραῖς ἐμάνθανον δέλτοις· ἐρωτήσας δὲ τοὺς ἐκεῖθεν ἤκοντας, ἐπυθόμην οὐκ ἐν τοῖς τῶν λαϊκῶν καταλόγοις, ἐν δὲ τοῖς τῶν ἐπισκόπων ἐντετάχθαι αὐτῇ. Διασκοπούμενος δὲ καὶ κατ' ἐραυτὸν ἐννοῶν, εἰ ταῖς τῶν Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ἀκολουθοῦσι δόξαις οἱ τοῦτο πεπραχότες, καὶ βραχὺ τὸν τῆς διανοίας ὄφθαλμὸν πρὸς τὴν μεγάλην ἐκείνην ἀνατείνας σύνοδον, ὅλην ὄρω τῶν ἁγίων Πατέρων ἐκείνων τὴν ὁμήγυριν ὡς περ τισὶν ὄφθαλμοῖς ἀνεύουσαν, καὶ παντὶ σθένει διακωλύουσαν ἡμᾶς τρέχειν εἰς τὴν ἐπὶ τούτῳ συναίνεσιν. Πῶς γὰρ τοῖς ἱερεῦσι Θεοῦ συντετάσσεται, καὶ τὸν ἐκείνων φωνᾶσι κλήρο·, ὁ τῆς ἱερατείας ἐκδεδλημένος; Πῶς δὲ ἐν καταλόγοις ἔσται λειτουργῶν ὁ τῶν ἐκκλησιαστικῶν περιδῶλον ἐξωθεῖς; ἀνάξιον γὰρ ἡμᾶς ἢ μηδὲν εἶναι λέγειν τὸ τῆς ἱερατείας ὄνομα, καὶ πρᾶγμα κοινὸν εἶναι· πᾶσι τὸ μόνους τετηρημένον τοῖς εἰς τοῦτο καλούμενοις· ἢ εἰ πολὺ τι τὸ διατεχίζον ἐστὶν ἱερωσύνην καὶ λαόν, μὴ μιγνύειν τὰ ἄμικτα, τηρεῖν δὲ ἐν τῇ οἰκειᾷ τάξει τῶν εἰρημένων ἕκαστον, καὶ τῆς αὐτῷ προπύσεως τιμῆς ὀξέτου. Πῶς οὖν ἐν ἐπισκόποις ὁ λαϊκὸς, ἢ πῶς ἐν τοῖς γνησίοις ὁ μὴ τοιοῦτος ἀναφανείς; Τίμησον, παρακαλῶ, τοὺς ἐπὶ λαμπροῖς καὶ μεγάλοις τοῖς κατορθώμασι μαρτυρηθέντας. Μὴ ὑβρίσης τὸν ἅγιον τῶν Πατέρων χορόν. Ἐννοεῖ παρόντας ἐπὶ καὶ συνδιαιωμένους, πῶς ἂν ἐπὶ τῷ γεγονότι διετέθησαν. Ἄρ' οὐχὶ πάσης ἀναπεπλήσθαι λύπης εἶπον ἂν εἰκότως, εἰς τὴν ἴσῃν αὐτοῖς τάξιν ἐσπερομένου τοῦ καθηρημένου; Ἄλλ' οἶμαι καὶ αὐτὴν τοῦτο πεπεισθαι τὴν σὴν θεοσέβειαν. Διὸ δὴ σέβασον αὐτοῖς τε καὶ ἡμῖν τῆς ἀηδίας τὴν πρόφασιν. Λύσον τῆς ἀπάντων κατηφείας τὴν ὑπόθεσιν. Τὸ μὲν γὰρ εὐμεταχειρίστως τὰ παρεμπύπτοντα διοικεῖν καλὸν ἂν εἴποιμι καὶ σοφόν· τότε δ' ἔσται σοφόν, ἂν μὴ εἰ βλάβος εἰσφέρῃ· οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ περ μέλζονα τὴν Χριστοῦ πόλιν ἀποτελοῦμεν, τοὺς ἐν ταῖς αἰρέσεσι προσλαβόντες ἑσμούς, καὶ εἰ τῆς οἰκειᾶς μὴ μεταθεῖεν πλάνης, διὰ τοῦτο χρῆ πάντως οἰκονομικὴν τινα καὶ ἀπεριέργαστον εἰρήνην ἀσπάζεσθαι, πρὸς εὐς ἔστι κρείττων ἢ μάχη. Ἔργον δὲ ὄντως οἰκονομίας ἔστι τὸ δοκεῖν ἐξο' ὅτι βραχὺ τι τοῦ πρέποντος ἐξίστασθα· λόγου μετὰ τοῦ τὴν ἐν τοῖς χρησίμοις παραιτεῖσθαι ζημίαν. Οὕτω καὶ ὁ μακάριος Παῦλος τοῖς πᾶσιν ἐγένετο πάντα· οὐχ ἵνα κερδάνῃ μὲν τε βραχὺ, ζημιωθῆ δὲ μέρος, ἀλλ' ἵνα πάντας κερδήσῃ. Ἴδωμεν τίνων διὰ ταύτης τῆς ἐρεύνης τῆς ἐν τοῖς πράγμασι βαδίζοντες, εἰ μὴ πλεῖον ἔχει τὸ βλάβος ἢ ὑπόθεσις τῶν

δοξάντων εἶναι χρηστών. Τοσούτος ἤδη διππεύει χρόνος τῆς σῆς θεοσεβείας διεπούσης τὸν θρόνον· καὶ οὐδεὶς ἐστὶν ὁ συνάγεσθαι παρατιούμενος. Ἄλλ' εἰ καὶ ποῦ τινες περὶ τὴν ἀρχὴν φιλονεικότερον πράττοντες ἑαυτοὺς ἀπεμέριζον, καὶ οὗτοι κέκληνται διὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἰσχὺν τε καὶ χάριν. Τῶν δὲ ἐν τέλει τίς ὁ μὴ τῆς σῆς εὐλαβείας ἀκροώμενος; τίς δὲ ὁ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἔξω μεμενηκώς; Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς. Μὴ γὰρ δοῖη ὁ Θεός. Τίνα τοιγαροῦν ἀνασώζων, ἢ εἰς τὸ συνάγεσθαι καλῶν, ἔλην ἔξω θεί; τῶν τῆς Ἐκκλησίας περιδῶλων, τὴν τε Αἴγυπτον, καὶ Αὐγουσταλίαν, καὶ Ἀρκαδίαν, καὶ Θηβαίαν, καὶ Λιβύην, καὶ Πεντάπολιν, καὶ τοσαύτας Ἐκκλησίας λυπεῖς; ἵνα μηδὲνα κερδάνης· πάντα γὰρ προεκέρδανε τοῦ Σωτῆρος ἰῆ χάρις. Καὶ ἀνατίθημι τὸν ἐπὶ τούτῳ πόνον τοῖς τῆς σῆς θεοσεβείας διδάγμασι. Μὴ τοῖνον κατηγορεῖ σαυτοῦ τοὺς ἀπὸ φιλονεικίου γνώμης μεμερισμένους, καὶ μὴ καταδεχομένους ποτὲ τὸ ἐπ' ἐκείνῳ δίκαιον κρῖμα. Ἡ γὰρ εἰς τοσοῦτον νυστάζειν ἡμᾶς ὑπελήφην ἢ σὴ θεοσεβεία, ὥστε μὴ πειρᾶσθαι μανθάνειν ἐσπουδασμένως τὰς τε σὰς εὐδοκίμησεις, καὶ ὅπως τὰ τοῦ Σωτῆρος; χειραγωγεῖται ποίμνια· μία γὰρ ἡ τῶν ἱερῶν φροντίς, καὶ εἰ τοπικῶς διηρήμεθα. Ἄλλ' ἵνα μὴ δοκοῖην ἐπὶ τούτῳ διατείνεσθαι λίαν, καὶ τοῖς ἀπὸ τῆς σῆς εὐλαβείας φρονεῖν ἐναντίον, ἔστωσάν τινες ὄλιγοι κομιδῇ διαστασιάζοντες; εἰ καὶ τῆς ἐκείνου κακίας προκινδυνεύοντες. Τοσαῦται δὲ παρ' ἡμῖν ἐκκλησίαι, ὅτι χρὴ τὰ ἐπ' ἐκείνῳ δεδογμένα κρατεῖν διυσχυριζόμεναι. Τίσιον οὖν τὴν ψῆφον ἀπονέμεσθαι δίκαιον; Τίνας δὲ εὐφραίνεσθαι μᾶλλον ἀρέσκει Θεῷ; τοὺς ἐκείνῳ συνηγοροῦντας τοιαῦτα πεπραχότε, ἢ τοὺς ἐπὶ τιμῆς ἐγνωκότας, ᾧ τὸ λυπεῖν λελόγιστα; παρ' οὐδέν; Εἰ τοῖνον τὸ σώζεσθαι τὴν ὁμόνοιαν τῶν ἐκκλησιῶν οὐκ εὐκαταφρόνητον φαίνεται, λῦσον τὸ τέμνον ταύτην, παρακαλῶ· βάλε τὴν μάχαιραν εἰς τὴν θήκην αὐτῆς. Κέλευσον τοῦ καταλόγου τῶν ἐπισκόπων ἐξαιρεθῆναι τὴν Ἰωάννου προσηγορίαν. Εἰ γὰρ οὐδὲν εἶναι τοῦτο λογιούμεθα, μὴ λυπεῖται τὸν τῶν ἀποστόλων χορὸν ὁ προδότης αὐτοῖς συγκαταταττόμενος. Εἰσφερομένης δὲ τῆς Ἰούδα προσηγορίας, ποῦ λοιπὸν ἡμῖν ὁ Ματθίας γε κείσεται; Εἰ τοῖνον οὐδεὶς τὸν Ματθίαν ἐκδαλῶν ἐγγράφοι τὸν Ἰούδαν τῷ τῶν ἀποστόλων χορῷ, μενέτω καὶ σωζέσθω, παρακαλῶ, μετὰ τὸν τῆς ἀοιδίμου μνήμης Νεκτάριον δεύτερος ὁ τοῦ πανευφήμου Ἀρσακίου βαθμός· ἵνα μὴ τι βία παρεισαχθὲν, ἐξώσῃ τοῦ μακαρίου τὴν μνήμην. Ἄλλ' ὄλιγοι τυχὸν ἐπὶ τούτῳ δυσχεραίνουσι· δίδου μοι μετὰ παρῆρσις εἰπεῖν. Πάντας μὲν εὐχόμεθα σώζεσθαι· εἰ δὲ τις ἐξ οικείας ἀμαθίας χωρίζεται, καὶ τοῖς τῆς Ἐκκλησίας ἀντιτείνει θεσμοῖς, τίς ἡ τούτου ζημία; Ἡ γὰρ οὐχὶ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ διδάσκειν ἡμᾶς; τὸ τοιοῦτον καὶ τύπον ἐν πᾶσι τιθεῖς, ἐλάλει μὲν τοῖς προσιοῦσι τὰ συμφέροντα· ἀπειθοῦντας δὲ καὶ ἀνανεύοντας ἠφίει χωρίζεσθαι; καὶ τοσοῦτον ἀφειστήκει τοῦ ποιεῖσθαι τίνα τῶν τοιοῦτων λόγον, ὡς καὶ πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν τοὺς μαθητάς, Μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ὑπάγειν; τοῖς μὲν εὐπειθέσι· πολλὴν τίνα δίκαιον ἀπονέ-

trimentum evitemus. Sic et beatus Paulus omnibus factus est omnia, non ut exiguum quiddam lucrificeret, partem autem quampiam damno afficeret, sed ut omnes lucraretur. Videamus ergo, ejusmodi rerum investigationi insistentes, an non plus huic causæ insit mali, quam illa videatur habere boni. Tot jam præteriere anni, ex quo pietas tua thronum suum tenuit: neque quisquam est, qui conventus in Ecclesia tuos vitet, quin etiamsi ab initio nonnulli dissidendi amore seipsos ab illis segregarunt, tamen et illi per vim et gratiam Christi revocati sunt. Ex magistratibus vero quis non pietatis tuæ dictis audiens est? quis ob hanc ipsam causam est, qui extra ecclesiam maneat? Nemo profecto est. Non enim hoc det Deus. Itaque quemnam ad salutem revocans, aut ad legitimos in ecclesia conventus reducens, quin omnem potius ecclesiæ mœnibus ejiciens Ægyptum, regionem etiam Augustalem, et Arcadiani, et Thebaiden, et Libyam, et Pentapolim et tot ecclesias dolore afficis? non ut quemquam lucrificias: omnes namque lucrificavit gratia Servatoris. Remitto te hac in re ad ipsam pietatis tuæ doctrinam. Ne igitur contra te ipsum celebres atque illustres eos qui adversandi studio in partes discessere, neque unquam justum de seipsis iudicium accipiunt. An ita connivere et cessare nos pietas tua suspicatur, ut non diligenter de præclara fama tua, et quomodo Servatoris greges regantur atque manducantur, inquiramus? **496** Una namque hæc, etiamsi locorum intercapedine disjuncti sint, episcoporum est cura. Sedenim ne in hoc prolixior esse, et pietati tuæ contraria sentire videar: esto ut pauci admodum sint adhuc seditiosi, qui se pro illius malignitate periculo exponunt: apud nos autem tot sunt ecclesiæ, quæ de Joanne decreta obtinere debere contendunt. Quibus igitur suffragari æquum est? Quinam ut lætentur, Deo placitum est? Illine qui Joanni patrocinantur, cum tanta designaverit: an qui pœnam homini irrogarunt ei qui cum aliis dolore afficeret, pro nihilo duxit? Quod si concordiam ecclesiarum conservare, minime contemnendum videtur, solve id rogo, quod eam scindit. Mitte gladium in vaginam suam. Jube ex episcoporum nomenclatura Joannis nomen eximi. Nam si parvi id facimus et dicimus, non afferat dolorem apostolorum choro Judas proditor, in eodem cum illis ordine census: Judæ autem nomine in eorum numerum relato, quo deinde loco Matthias nobis ponetur? Cum igitur nemo Matthia ejecto apostolorum choro Judam ascripserit, maneat et servetur, hortor, post celebris memoriæ Nectarium, secundus laudatissimi Arsacii gradus, ne quid per vim perperam et illegitime inductum, memoriam beati viri explodat. Sed pauci fortasse hoc ægre ferunt. Permite autem mihi ut libere quæ volo dicam. Omnes equidem salvos fieri optem. Si quis vero imperitia sua ab Ecclesia secedit, et

idius constitutionibus refragatur, quæ ejusmodi hominis est jactura? An non ipse quoque Servator nos, idipsam docens, et formam in omnibus proponens, conducibilia quidem ad eos qui eum accesserunt locutus est, inobedientes autem et renuentes discedere permisit? Atque tantum abest ut aliquam talium hominum rationem habuerit, ut etiam ad ipsos dixerit discipulos: *An et vos abire vultis*? Obsequentibus sane multam nos impendere curam æquum est. Adversarius autem et inobediens malevolentiam ipse suam accuset, medicinam odio habens. Audiet ille vero justum judicem, dicentem: *Quandoquidem locutus sum, et non obedivistis: et extendi sermones, et animam non advertistis*¹, et quæ sequuntur. **497** Nos quidem, qui docemus, quibusnam rebus aliquis laudem sibi apud Deum paret, studiose admodum id facere atque instituire decet, atque cum Paulo resistentibus dicere: *Obsecramus per Christum, reconciliamini Deo*², inobedientes vero potestati Dei commendare, illud usurpantes: *Curavimus Babylonem, sed sanata non est: relinquamus eam, quoniam pervenit in cælum judicium ejus*³. Consequens igitur non est, propter adversos quorundam sermones, siquidem prorsus aliqui sunt, funditus sanctiones ecclesiasticas convelli, ut laicus sacerdotali dignitate enitentibus accenseatur, et honorem eundem consequatur. Neque enim hoc communem orbis universi pacem, sed concisionem potius quidam vocent. Ego quidem tum demum obtinere debere et nomen et rem ipsam pacis censeo, cum sanctorum sententis non adversemur, neque illorum decretis repugnemus. Quod si enim beatus Alexander, confidentis prorsus oris vir, juxta pietatis tuæ verba, aliquos ex religiosissimis fratribus et collegis nostris Orientalibus episcopis inani dictorum fuco decepit, et ad hujus rei comprobationem raptos pertraxit, non propterea morbus hic prorsus obtinere, et animas omnium depascere, sed potius veluti quædam lippitudo, Ecclesiæ oculum infestans, a vobis repurgari debet. Ut illa rursum directe ad Patrum decreta respiciens, merito a Christo audiatur: *Oculi tui columbæ*. Accepi et ego a Dei amantissimo, qui ad extremam feliciter pervenit senectutem, Acario litteras, in quibus religiosissimum Antiochiæ antistitem vi coactum a quibusdam esse, ut Joannis memoriam celebraret, asseverat: atque illud præterea aperte commemorat, valde eum virum ea in re dolore affectum fuisse, viamque qua a tam præfracta audacia liberaretur quæsiisse: et litteras hac de causa a nobis et pietate tua, ne simul cum quibusdam in eundem errorem duceretur, neve ejusmodi consilia agitantibus cederet, impetrare voluisse. At nos, qui ad curam et medicinam faciendam vocati sumus (da enim hoc mihi, ut pro animi mei

μεσθαι παρ' ἡμῶν τὴν φροντίδα· ὁ δὲ θυραίνης καὶ ἀνήκοος τὴν αὐτοῦ κακόνοιαν αἰτιάσαιτο, μισήσας τὸ θεραπεύεσθαι. Ἀκούσατε δὲ παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ, Ἐπειδὴ ἐλάλουν, καὶ οὐχ ὑπηρετοῦσα· καὶ ἐξέτινα λόγους, καὶ οὐ προσείχετε, καὶ τὰ τούτοις ἐξῆς. Ἡμῖν μὲν γὰρ τοῖς διδάσκουσι τὰ ἐφ' οἷς ἂν τις εὐδοκίμοιη παρὰ Θεῶν, καὶ λίαν ἐσπουδασμένως ἐισηγεῖσθαι πρέπει· καὶ τοῖς ἀντιτείνουσι λέγειν μετὰ τοῦ Παύλου· *Δεδόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ Θεῷ*, τοὺς δὲ ἀπειθοῦντας λοιπὸν ἀνατιθέναι τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει λέγοντες· *Ἰατροῦσμεν τὴν Βαβυλῶνα, καὶ οὐκ ἴδθη*. Ἐγκατελιπομεν αὐτὴν ὅτι ἤγηκεν εἰς οὐρανὸν τὸ κρίμα αὐτῆς. Οὐκ ἀκόλουθον τοιγαροῦν διὰ τὰς τινῶν ἀντιλογίας εἶπερ τινὲς ὄλως εἰσὶν, ἐκ βῆθρων ὡσπερ κατασεσέθαι τοὺς τῆς Ἐκκλησίας θεσμούς, λαϊκοῦ συνταττομένου τοῖς ἐν ἱερατείῃ διαπρέψασι, καὶ ἐν ἴσῳ μέτρῳ τιμῆς εἰσβαίνοντος. Μὴ γὰρ δὴ τοῦτο καλεῖτωσαν οἰκουμένην τινες εἰρήνην, ἀλλὰ μᾶλλον κατατομήν. Ἐγὼ γὰρ τότε φημι κρατεῖν εἶναι τὸ τῆς εἰρήνης ὄνομα καὶ πρᾶγμα, ὅταν μὴ ταῖς τῶν ἁγίων γνώμαις ἀντιταττώμεθα, μήτε τῶν ἐκείνων ἀντιπράττωμεν ὄροις. Εἰ γὰρ εἴ τις τῶν κατὰ τὴν ἐφ' ἂν εὐλαβεστάτων ἀδελφῶν καὶ συνεπισκόπων ὁ μακάριος Ἀλέξανδρος, θρασύστομος ὢν ὄντως, κατὰ τῆς σῆς θεοσεβείας φωνὴν, πεφηνάκιε, καὶ συναρπάσας εἶλεν εἰς τὴν ἐπὶ τούτῳ συναίνεσιν, οὐ διὰ τοῦτο πάντως καὶ κρατεῖν ὄφειλε: τὸ νόημα, καὶ ταῖς ἀπάντων καταδόσεσθαι ψυχῶν, ἀλλὰ μᾶλλον οἷά τις λήμη τὸν τῆς Ἐκκλησίας ὀφθαλμὸν παραλύουσα, παρ' ὁμῶν ἔκκαθαίρεσθαι· ἵνα δὴ πάλιν ὀρθῶς πρὸς τοὺς τῶν Πατέρων ὄρους ἀποβλέπουσα δικαίως ἀκοῆν περὶ Χριστοῦ· *Οἱ ὀφθαλμοὶ σου περιστραφαί*. Δέδεγμαί οὖν γράμμα κίχῳ παρὰ τοῦ εὐηγοτάτου καὶ θεοφιλεστάτου Ἀκακίου· ἔνθα τὸν εὐλαδέστατον τῆς Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον ἠναγκάσθαι παρὰ τινῶν δισχυρίζεσθαι τὴν Ἰωάννου μνήμην ἐπιτελέσαι· καὶ δάκνυσθαι μὲν ἐπὶ τούτῳ σφόδρα, λύσιν δὲ τινὰ τῶν ἐκ προπέτειας εὑρασθαι ζητούντων· καὶ γράμματα περὶ τούτου κομίσασθαι βουλόμενον παρὰ τε ἡμῶν καὶ τῆς σῆς θεοσεβείας, σαφῶς διαγορεύοντα, μὴ συναπάγεσθαι τισι, μηδὲ εἶκαι τοῖς τοιαῦτα συμβουλεύουσιν. Ἄλλ' εἰ πρὸς θεραπεῖαν κεκλημένοι (ἴδου γὰρ μοι λέγειν μετὰ παρήρησις πονέσαντι τὴν ψυχὴν), τραυμάτων προσθήκῃ μὴ γενώμεθα, ἵνα καὶ τὸ εἶναι παρακολούθημα τῆς ἐτέρων προπέτειας ἀποφύγωμεν. Θαυμάζω δὲ κάκεινο, εἰ, τοσοῦτος ὢν εἰς πολυλογίαν ὁ μνημονευθεὶς Ἀλέξανδρος, καὶ χρόνον οὐ μικρὸν διατρέψας ἐκείσε, οὐχ ὅπως ἰσχύσας ἀναπαῖσαι τινὰς πρὸς τοῦτο φαίνεται· εἰς δὲ γραμμάτων διακομιστῆς τοσοῦτον ἰσχυρῶς ὡς τεθρύλληται, ὥστε δῆμον ἀνάσαι τοσοῦτον, καὶ κατηνασμένην ὑπόθεσιν χρόνῳ μακρῷ διεγείρει πάλιν, ὅπερ ἐστὶ παντελῶς ἀπίθανον. Ἄλλ' ἔστω καὶ τοῦτο καὶ πιστευέσθω γενόμενον. Ἄλλ' οἷδα τὴν σὴν θεοσεβείαν ἀριστεύουσαν ἐν λόγοις. Διόξεις

¹ Joan. vi, 68. ² Jerem. xxxv, 14. ³ II Cor. v, 20. ⁴ Jerem. li, 9.

πάντως τὰ δέοντα τοὺς τεθορυβημένους. Ἔχεις ἀρ-
 κοῦσαν τῶν ἱερῶν κηρυγμάτων τὴν χάριν. Πείσεις,
 οἶδα, καὶ τοὺς εὐσεβεστάτους βασιλεῖς, ἀγαπᾶν
 συνήθως τὸ τοῖς κανόσι δοκοῦν. Εὐσεβεῖς γὰρ ὄντες
 καὶ φιλόχριστοι, θεσμοῖς ἰδίους ἐπιτρέψουσι διοικεῖ-
 σθαι τὰς ἐκκλησίας, καὶ τῆς πατρῴας ἀρετῆς ὑπάρ-
 χοντες ζηλωταί, τὰ ἐκείνων μιμήσονται. Μὴ τατ-
 τέσθω τοιγαροῦν ὁ ἐκβεβλημένος Ἰερονίας μετὰ
 Δαυὶδ τε καὶ Σαμουὴλ τῶν προφητῶν· μὴδὲ εἰ τισὶν
 ἀδίκως ἔδοξε τὸ Εὐδοξίου λείψανον ἐν αὐτοῖς ἀποτε-
 θεῖσθαι τέποις, διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς τὸν ἀνίερὸν ὡς
 ἱερὸν εἰσφέρωμεν. Ἐχρῆν γὰρ δῆπου μᾶλλον κά-
 κεινο διόρθωσιν ἐπιζητεῖσθαι παρ' ἡμῶν, οὐκ αὐτὸν
 μορφῶσθαι τὰ δεύτερα. Καὶ ταῦτά φαμεν οὐχ ὡς
 ἐπεμβαίνοντες τῷ κειμένῳ· μὴ γὰρ δολίη Θεός· οὐδὲ
 ἐπὶ χαίροντες ὡς γέγραπται τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς·
 οὐ γὰρ οὗτος Χριστιανῶν σκοπός· ἀλλὰ τῆς πρὸς
 ἀνθρώπων συμπαθείας, τὸ τῇ Ἐκκλησίᾳ συμφέρον
 πράττοντες, καὶ τῶν ταύτης κανόνων οὐδὲν ἡγού-
 μενοι προτιμότερον. Εἰ μὲν ἐξῆν οὐδὲν μὲν τούτοις
 λυμήνασθαι, κατατάττειν δὲ ἐν ἐπισκόποις τὸν καθη-
 ρημένον· ἦν ἂν εἰκότως εἰπεῖν, ἀγρίους τινὰς καὶ
 ἀνημέρους τοὺς τοῦτο γενέσθαι διακωλύοντας· ἐπειδὴ
 δὲ ἀνάγκη κρατοῦντος ἐνδὲς τὴν τοῦ ἑτέρου παρα-
 λύεσθαι δύναμιν, νικᾶτωσαν οἱ τῆς Ἐκκλησίας
 θεσμοί, καὶ ἀποχωρεῖτω τῶν ἱερατικῶν καταλόγων
 ὁ μὴ λειτουργός. Τοῦτο γὰρ συνάπτει πρὸς εἰρήνην
 τὰς ἐκκλησίας· τοῦτο πᾶσαν ἡμῖν ὁμοφυλίαν ἀνεργά-
 ζαιτο. Δίδου τοιγαροῦν ἡμῖν τὸ συνάγεσθαι καθα-
 ρῶς μετὰ τῆς σῆς θεοσεβείας, ἐνδὲς καὶ τούτου
 τελευτήσαντος, ἀμείνω ποιούμενος τὴν πρὸς τοὺς
 ἐπὶ ζῶντας ἀγάπησιν, μᾶλλον δὲ τοὺς τῆς Ἐκκλη-
 σίας θεσμούς. »

consilium et institutum; sed id quod homini condolemus, ad utilitatem Ecclesiæ conferimus, canonibus illius nihil præstabilius esse ducentes. Si namque illos sartos tectos conservare, atque exauctoratum inter episcopos censere liceret, recte profecto, qui id quominus fieret impedirent, feri atque immites dicerentur. Quandoquidem vero altero obtinente, alterum consistere non posse necesse sit, sanctiones Ecclesiæ vincant: et ex sacro catalogo, qui sacrorum minister non est, moveatur. Hoc enim ecclesiæ ad pacem servandam conjungit: hoc animorum consensum omnem perficit. Itaque illud nobis dato, ut pure nos conventus agere, et communicare cum pietate tua possimus: 499 atque tu unius, ejusque defuncti, amorem, post eorum qui adhuc vivunt dilectionem, ac potius post Ecclesiæ sanctiones, habeas. »

ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

CAPUT XXVIII.

Ὁ δὲ θεὸς Κύριλλος ἁγασία θειοτέρα τὴν
 Ἰωάννου προσηγορίαν ἐδέξατο· καὶ ὡς διέ-
 λυσε διὰ τῆς Θεοτόκου τὸ μεταξὺ γενόμενον
 μῖσος.

Ὁ μὲν οὖν Κύριλλος τοιαῦτα κατὰ τοῦ ἱεροῦ
 Χρυσοστόμου ἔγραφε καὶ ἐφρόνει, πολήψει δου-
 λεύων, ἦν ἐκ πολλοῦ ἔσχε τῷ θεῷ αὐτοῦ Θεοφίλῳ
 ἐπόμενος· ἐπεὶ δὲ ζῆλος ἦν τὸ πραττόμενον, εἰ καὶ
 μὴ κατ' ἐπίγνωσιν τέως, οὐ φθόνο· οὐδ' ἑνστάσις
 διαβολικὴ τὸ μαχόμενον, οὐδεὶν ἐκρίθη Θεοῦ, το-
 σοῦτον λόγῳ καὶ ἀρετῇ διαφέροντα ἐν τούτῳ δὴ μό-
 νον σκάζειν, καὶ μὴ τὰ ἄκρον φθάνειν τῆς τελειό-
 τητος· ἀνθρώποι γὰρ ἦσαν, καὶ ἀνθρωπίνως ὑπέ-
 κειντο πάθει. Διὰ τοι τοῦτο καὶ χρόνῳ ὑστερον,
 πολλῶν καὶ ἄλλων συνελαυνόντων, τῷ μεγάλῳ ἐκείνῳ

Ut divus Cyrillus per visionem divinam nomen Joan-
 nis susceperit: concepimque antea odium, Dei
 Genitricis intercessione, ei remisit.

Hæc quidem Cyrillus de sacro Chrysostomo et scripsit et sensit, præsumptæ opinionis inserviens, quam dudum patrum suum Theophilum secutus conceperat. Quoniam vero dissidium hoc quidem ex æmulatione, quamvis non secundum scientiam, non autem ex invidia, neque diabolica contentione manavit, non oportere virum et doctrina et virtute præstantem, hac una in re claudicare, quominus ad summam perfectionem perveniret, Deo visum est. Homines enim illi erant, et humanis affectionibus obnoxii. Quapropter aliquanto post,

Cyrillus cum magno illo viro, etiam post ejus mortem, in gratiam rediit, erroremque suum cum multis aliis concitantibus, tum maxime Isidoro Pelusiota nunc reprehensione nunc admonitione eum cohortante, divina etiam et arcaniore quadam revelatione accedente, correxuit. Videre namque visus est, seipsam sacris sedibus expulsum esse a Joanne, comitatu et divino, qui circa eum erat, satellitio maxime freto : et matrem Domini pro ipso deprecantem Joannem, atque cum multa etiam alia tum illud præcipue quod pro ipsius gloria plurimum ille decertarit, sicuti dicitur, referentem, ut in sacra templa reciperetur, orare. Hanc visionem cum divus Cyrillus cogitabundus in animo secum volveret, se ipsum quod in sanctum virum invectus esset, damnavit : et deinde ipse quoque re cognita, Ecclesiæ Chrysostomi addictus, virum eum admiratus est, valdeque eum, quod contra illum imprudens prorsus irritatus fuerit, pœnituit. Proinde diversum omnino a priore consilio faciens, synodum provincialem coegit, et Joannis nomen simul et ipse et reliqui magnarum sedium antistites, in sacro albo proposuerunt. Illi vero minus vere dicere videntur, qui Cyrillum libros alios magni Patris abolevisse perhibent. Nam si qua scripta ejus abolenda erant, hæc quæ adhuc exstant, quod consilium institutumque ejus in eis maxime expressum est, abolita oportuisset : nisi Deus utilitatis hominum curam gerens, ea **500** conservasset. Hoc cum in arcana Nicetæ philosophi, qui et David dictus est, historia, et apud alios item invenerim, operi huic meo inse- rendum esse quoque duxi : ne cui ambigere in mentem veniat, quomodo tanta luminaria, inimicitias mutuas exercentia, ambo ad summam sanctitatem pervenerint, et Ecclesiæ columnæ exsisterint, inimicitias hujusmodi nullum illorum gloriæ detrimentum afferentibus. De his hactenus.

CAPUT XXIX.

Post Atticum ad sedem episcopalem Sisinius est evectus, Philippus Sidites ei postpositus. Qualis is Philippus fuerit. Ut Proclus Cyzicenorum episcopus ordinatus, et tandem non receptus, privatus otiosusque Constantinopoli egerit.

Attico autem, quemadmodum diximus, defuncto, ingens de legendo atque ordinando episcopo contentio exstitit : quod unusquisque prout alicui faveret, ei thronum committi cupiebat. Proinde quibusdam Philippus presbyter ad sacram sedem evehendus esse videbatur : nonnulli Proclum ei, Chrysostomi discipulum, præferebant. Erat autem et is presbyter. Communiter vero omnes Sisinium idoneum maxime censuerunt. Qui ipse quoque presbyteri dignitate enitebat, non equidem Constantinopoli, sed in suburbano ejus vico, cui nomen est Olea (1), qui ex adverso urbi situs est : quo in loco urbs ipsa cum civibus omnibus festum diem Servatori Christo, quo in cælum assumptus

καὶ μετὰ θάνατον σπένδεται· καὶ μάλιστα Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου, πῆ μὲν ἐλέγχῃ, πῆ δὲ καὶ παραινέσει χρωμένον, διορθώσεως ἀξιούται· θεῖα τιὰ καὶ μυστικωτέρῃ ἀποκαλύψει. Ἐδόκει γὰρ ὄρῃν ἑαυτὸν μὲν τῶν ἱερῶν ἐξωθούμενον ὑπὸ Ἰωάννου, παβήρησις μεγίστης ἤξιωμένον τῆ περὶ αὐτὸν πομπῇ καὶ θεῖα δορυφορίᾳ, τὴν δὲ τοῦ Κυρίου μητέρα ὑπὲρ αὐτοῦ τὸν Ἰωάννην ἀντιβοῦσαν, καὶ ἀξιούσαν τοῖς ἱεροῖς ἀνακτόροις παραδεχθῆναι αὐτὸν, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα προβαλλομένην, πρὸς δὲ καὶ ὡς πλεῖστα ὑπὲρ τῆς αὐτῆς δόξης ἀγωνισάμενον, ὡς λελέξεται. Ὃν ἐν Ἰμεθέξει γενόμενος ὁ ἐσπέσιος Κύριλλος, καὶ ἀναπολήσας ταῦτα τοῖς λογισμοῖς, κατέγων μὲν ἑαυτοῦ τῆς ἐπὶ τῷ ἁγίῳ καταδρομῆς· καὶ τουλοιοῦ συνέλξ καὶ αὐτὸς, τῆ κατὰ τὸν Χρυσόστομον Ἐκκλησίᾳ προσέκειτο, καὶ διὰ θαύματος ἐποιεῖτο τὸν ἄνδρα, πολλῶν χρώμενος μεταμῆλω, οἷς κατ' ἔκλεινον τοπαράπαν ἡβήσιον ἀγνοῶν. Ὅθεν ἀντιρῶπα δρών, σύνοδον ἤβρωξε τοπικὴν· καὶ τοῖς ἱεροῖς δέλοτοις τὴν Ἰωάννου κλησίαν καὶ οὗτος καὶ οἱ λοιποὶ τῶν μεγάλων θρόνων ἐνέγραπον. Οὐ μοι δὲ δοκοῦσιν ἀληθῆ λέγειν οἱ φασὶ καὶ βέλους ἄλλας Κύριλλον ἀφανίσαι τοῦ μεγάλου Πατρός. Εἰ γὰρ ἀφανίζεῖν ἔδει τὰς συνὶ σωζόμενας πρὸς τὸ σκοπιμώτατον ἐκείνῳ ἔχρῃ· εἰ μὴ που θεὸς τῆς τῶν ἀνθρώπων ὠφελείας κηδόμενος, αὐτὰς διεσώσατο. Τοῦτο μὲν οὖν ἐν ἀποκρύφῳ ἱστορίᾳ εὐρῶν Νικήτα φιλοσόφου τοῦ καὶ Δαυὶδ, καὶ ἄλλων, καὶ αὐτὸς δειν ἔγνω τῆ παρουσίᾳ ἱστορίᾳ ἐντάξει· ὡς ἂν μὴ τι ἀμφιβάλλειν γένοιτο, πῶς οἱ τοσοῦτοι φωστῆρες δι' ἔχθρας ἀλλήλοισ ἴντες, ἀγισσίνης καὶ ἀμφω εἰς ἄκρον ἦγον, καὶ τῆς Ἐκκλησίας θεμέλιοι ἔχρημάτισαν, μηδαμῶς τὸ τῆς ἔχθρας μέγα τὴν κρατοῦσαν δόξαν λυμήνασθαι δυνήθεισας. Ἄλλὰ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ.

Ὃς μετὰ Ἀττικῶν Σισίνιος εἰς τὸν θρόνον ἀνήχθη· παρῶρθη δὲ Φίλιππος ὁ Σιδίτης, καὶ οἶος ἦν. Ἐτι δὲ καὶ ὡς Πρόκλος Κυζικῶν χειροτονηθεὶς καὶ μὴ δεχθεὶς, σχολαίως τῆ Κωνσταντινίου διήγειν.

Ἀττικῶ δ' ὡς εἴρηται τὸ βιοῦν ἐκμετρήσαντος, πολλή τις ἐρσεγγεῖα περὶ χειρωτονίας ἐπισκόπου ἐγένετο· ἕκαστος γὰρ ᾧ προσπαθῶν ἦν, τὸν θρόνον ἀπεχαρίζετο. Τοῖς μὲν γὰρ Φίλιππον τὸν πρεσβύτερον ἐδόκει ἐπὶ τὴν ἱερὰν καθέδραν ἀνάγειν, τισὶ δὲ Πρόκλος ὁ τῷ Χρυσόστομῳ μαθητευθεὶς ἐκρίνετο προτιμότερος. Πρεσβύτερος δὲ καὶ οὗτος ἐτύγγανεν ὢν. Κοινῇ δὲ πᾶσιν ἐδόκει Σισίνιος εἶναι ἀρμοδιώτερος. Πρεσβυτέρου δὲ καὶ οὗτος ἀξία διεπρεπεν, οὐκ ἐν τῇ Κωνσταντινίου, ἀλλ' ἐν τινι τῶν αὐτῆς προσταίων, ᾧ Ἐλαία ἦν ὄνομα, κεκληρωμένος· ἔπερ ἀντικρὺ μὲν κεῖται τῆς πόλεως· πάνδημον δὲ τῷ χώρῳ ἑορτὴν ἐκείσε ἡ πόλις τῷ Σωτῆρι ἀντίγε Χριστῷ· ὅπνιχα ἀναληφθεὶς, παλινδρομος τῷ Πα-

(1) Ἐλαία, Olea, suburbana Constantinopolis regio.

το: ἤγε. Τῷ δὲ πολλῶν πλήθει καὶ διαφερόντως· μάλα κεχαρισμένος ἦν ὁ Σισίνιος· ὅτι περ ἅμα τε περιβόητος ἐν ἀρετῇ ἦν, καὶ πολλὴν ὄτι τῶν πτωχῶν πρόνοιαν καὶ ὑπὲρ δύναμιν ἐποιεῖτο. Ἐνθεν τοι καὶ τοῦ λαοῦ βιασμένου καὶ ἐκνικήσαντος, Σισίνιος ἐπὶ τὴν θρόνον ἀνέβαινε· ἐφ' ᾧ χαλεπήνας ὁ πρῶτος Φίλιππος· ὅτι αὐτοῦ προεκρίθη, πολλὰ τῆς χειροτονίας ἐκείνου καθήπετο ἐν τῇ παρ' αὐτοῦ συγγραφῇ Ἰστορικῆς. Οὐ μόνον γὰρ ἐκείνον διέβαλεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς χειροτονήσαντας καὶ τὸν δῆμον· καὶ οὕτω κατέδραμεν, ὡς μηδ' ἐλέσθαι τινὰ τὰ εἰρημένα συγγραφῆς ἀξιῶσαι· ἐπεὶ τοί γε οὐδ' ἐκείνῳ τις συγγνώμῃ τῆς προπετίας, τοιαῦτα γράφει ἀνασχομένῳ. Ἐπεὶ δὲ τούτου ἐμνήσθη, μικρὰ καὶ περὶ αὐτοῦ διαλαβεῖν δίκαιον. Φίλιππος οὗτος· ἐκ Σιδῆς μὲν τῆς Παμφυλίας ὤρματο, ὅθεν καὶ ὁ σοφιστὴς Τρωίλος ἦν, οὗ καὶ συγγενῆ αὐτῶν εἶναι ἔλεγε· διάκονος δὲ ὢν, ταπολλὰ τῷ μεγάλῳ Ἰωάννῃ συνῆν τὴν Κωνσταντινου ἐπιτροπεύοντι. Περὶ δὲ λόγους ποιών, πολλὰ καὶ παντοία βιβλία περὶ αὐτὸν ἔβροχε. Τὸν δ' Ἀσιανὸν χαρακτηρὰ ζηλώσας, πολλὰ συνέγραψε. Τὸ δὲ Ἰουλιανοῦ κατὰ τῶν ἱερῶν βιβλίων ἀνασκευάζων σύγγραμμα, λυμπρὸν ἐξεδίδου. Καὶ ἄλλο δὲ πυκτιὸν συντεταχώς, *Χριστιανικὴν Ἰστορίαν* ὠνόμασεν· ἦν εἰς ἕξ καὶ τριάκοντα διεῖλε βιβλία, ὧν ἕκαστον τόμους περιεῖχε πολλοῦς· ὡς εἶναι πάντας χιλιούς σχεδόν. Τῷ δὲ τόμῳ ἰσάζει ἕκαστου τόμου ὑπόθεσις. Πολλὰς δὲ τῶν ὑλῶν τῷ συγγράμματι ἐπισφῆρει, δι' ὧν δεικνύειν βούλεται ἔμπειρον ἔσθαι τῶν Ἑλληνικῶν μαθημάτων· πυκνὸς γὰρ γεωμετρικῶν, μουσικῶν τε καὶ ἀστρονομικῶν θεωρημάτων ἐν μνηστέῳ γίνεται· νῆσον τε θέσεις ἐκπράζει, καὶ ὄρεων καὶ δένδρων, καὶ ἄλλων, μὴ προσηκόντων τῷ προκειμένῳ· οὗ χάριν ἐκλυτος αὐτῷ καὶ χαύνῃ πρόεισιν ἢ πραγματεία. Διδὸ καὶ ἰδιώταις καὶ παιδείας μετασχηκόσιν ἐκρεῖον καθίστα τὸ σύγγραμμα. Οἱ μὲν γὰρ ἰδιώταις τὸ κομψὸν οὐ συνορῶσι τῆς φράσεως· εἰ δὲ παιδείας μετασχηκότες τὸ ταυτολογεῖν καὶ ἄκαιρα συγγράφειν ἐν μέμφει τίθενται. Ἀλλὰ περὶ μὲν ἐκείνων ὡς ἕκαστῳ βούλησις ἔσται, κρινεῖ· συγγῆει δὲ τοὺς χρόνους τῆς Ἰστορίας· τῆς γὰρ Θεοδοσίου βασιλείας εἰς μνήμην γενόμενος, αὐθις τὰ κατὰ τὴν πολλὴν Ἀθανάσιον ὀπίσω γενόμενος διηγῆται· καὶ τὸ ἦθος τοῦτο, οὐκ ἐπ' ἐκείνου μόνου, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πολλῶν ἐτέρων ποιεῖ. Καὶ περὶ μὲν Φιλίππου τοσαῦτα. Σισίνιος δὲ, τοῦ Κυζικηνῶν πρῶτος θανόντος, τὸν θεῖον Πρόκλον τῇ Κυζικῇ χειροτόνει. Καὶ δὴ Πρόκλῳ ἐν παρασκευῇ ὄντι περὶ αὐτὴν χωρεῖν, φθάνουσιν ἐκείνοι καὶ χειροτονοῦσιν ἄνδρα σεμνόν τινα, Δαλμάτιον ὄνομα, ἀσκητικὸς πόνοις ἐγγεγυμνασμένον. Καὶ τοῦτο ἔδρων, ἐν δευτέρῳ τὸν νόμον θέμενος· ὃς ἐκέλευε παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου τῆς Κωνσταντινου χειροτονίαν μὴ γίνεσθαι. Ὁ μὲν οὖν Πρόκλος, τούτου γενομένου, καθ' αὐτὸν συνετέλλετο, ἐκκλησίας μὲν μηδεμιᾶς προϊστάμενος, ταῖς δὲ τῆς Κωνσταντινου

ad Patrem revertit, celebrat. Populo universo charus præcipue Sisinius fuit, cum propter virtutis claritatem, tum ob eximiam in pauperes, supra vires etiam ejus, curam. Quapropter plebs vi effecit atque evicit, ut is in thronum sit sublatus. Qua re offensus Philippus presbyter, quod ille scilicet sibi prelatus esset, electionem et ordinationem ejus plurimum reprehendit, in ea quæ ab ipso conscripta est Christiana historia. Non Sisinium vero tantum, sed et consecratores ipsos et populum calumniose perstrinxit: atque in eos ita invectus est, ut quæ ille dixerit, nemo historia digna judicet: neque quispiam ei tam temerariæ audaciæ, qui scribere talia sustinuerit, veniam concedat. **501** Et quia ejus mentionem fecimus, æquum est ut pauca de eo dicamus. Philippus iste Sidæ in Pamphylia ortus est, unde etiam sophista Troilus genus duxit, ejusque adeo cognatum se Philippus esse dixit. Diaconus cum esset, cum magno Joanne episcopatum Constantino poli gerente, multum fuit. Quod vero in scribendo elaboraret, multos et varios collegit libros. Multa etiam, Asianum affectans dicendi genus, conscripsit. Opus vero magnificentum, in quo Juliani contra sacra Biblia scriptum evertit, reliquit. Aliud quoque volumen composuit, quod *Christianam Historiam* nominavit. In eo triginta et sex libri sunt, quorum quisque tomos plures habet: adeo ut omnes ad millenarium fere numerum pertingant, et habet suum tomos quisque argumentum. Multam vero in opus id materiam congestit, declarare volens, non imperitum se Græcarum disciplinarum esse. Frequenter namque geometricarum, arithmeticarum, musicarum et astronomicarum commentationum mentionem facit. Prosequitur quoque insularum situs, et montium. Arbores describit, et alia quædam, ad argumentum institutum nihil pertinentia. Proinde lucubratio ea, utpote ad ostentationem composita, laxa et soluta est: et propterea indoctis simul et doctis inutilis esse videtur. Indocti enim styli elegantiam non perspicunt: eruditi autem, eandem rem aliis verbis repeti, et multa intempestive scribi, reprehendunt. Verum de scriptis ejus, ut quisque volet, judicabit. Historiæ vero tempora confundit. Nam imperii Theodosii memoriam faciens, actiones magni Athanasii tanto post tempore repetit: et consuetudinem hanc non in illo tantum, verum etiam in multis aliis servat. Hæc de Philippo. Porro Cyziceno episcopo mortuo, Sisinius divinum Proclum ecclesiæ Cyzici episcopum ordinat (2). Sedenim cum Proclus, ut eo transiret, in prociectu esset, homines ibi episcopum prævenientes ordinarunt Dalmatium quemdam, virum venerandum et in monasticis laboribus exercitatum. Id illi fecerunt, sanctione illa contempta, quæ præter sententiam episcopi Constantino, Joli-

(2) Socrates dicit, legem hanc de unius Attici persona constitutam fuisse. Lib. vii, cap. 23.

tanti ordinationem fieri vetat. Hoc ubi ita est factum, Proclus non oppugnavit : et ecclesiae quidem nulli praefuit, **502** in Constantinopolitana autem Ecclesia docendo floruit. De quo postea loco suo dicam.

CAPUT XXX.

De maximarum episcopaliū sedium praefectis, aliisque virtute atque doctrina praestantibus divinis viris.

Sisinius postquam in episcopatu non duns integros exegit annos, decessit, castitate vitae et pauperum cura, quemadmodum diximus, celebris. Moribus affabilis et simplex fuit, a negotiis et rerum actionibus abhorrens, quam ob causam in eos qui curiose se negotiis immiscent, acerbior erat, apud quos contra et ipse non admodum decentem gloriam est consecutus. Innocentio, optimo urbis Romae episcopo, Bonifacius successit : atque huic Zosimus, Zosimo rursus admirandus Celestinus. Alexandriae Cyrillus adhuc enituit. Antiochia vero, divino Alexandro Theodotus in episcopatu subrogatus est, castitatis decus et ornamentum, morum vir mansuetudine (si quis alius) et ipse et praeterea exacta vivendi ratione maxime ornatus. Hic sodalitatem Apollinaris scissam relicto orthodoxorum et recte sentientium gregi, precibus apud Deum interpositis, immiscuit, una Ecclesia facta. Verum sic quoque multi in instituto suo permanserunt, labem pristinam veluti praeclearum quidam retinentes. Hierosolymis Cyrillo divinus Joannes successerat. Deinde autem post Nepotem, Ecclesiae ibi habenas sibi commissas gubernaverat Prayllius, re ipsa suo nomini respondens : quo mortuo, locum ejus per successionem Juvenalis obtinuit. Eis ipsis annis ecclesiam Cyri quoque gubernavit sapientia et doctrinis magnus Theodoretus, vir in Graecis juxta et Christianis disciplinis praeclearus, qui libros multos Ecclesiae utiles reliquit. Viguit tum etiam Theodorus ille Mopsuestiensis Ecclesiae antistes, qui cum ecclesiarum omnium doctor fuit, tum adversus haereticorum phalanges fortiter, ut primarium virum decet, remegit : quique cum Diodoro magno familiariter vivens, doctore eo usus est : et sodalis atque condiscipulus divi Joannis, **503** pariter cum eo Diodorum audivit. Sex is et triginta annos contra Arianam factionem aperto Marte pugnavit, et adversus Apollinaris praedonum more structas insidias constanter decertavit : haereditarium autem Christi populum doctrinis optimis et praecipuis fovit. Erat huic etiam frater Polychronius, qui optime vixit, et itidem optime docuit, vitae scilicet ex aequo doctrina respondente. Apamenorum hic ecclesiae pastorale munus sortitus est. Ecclesiae vero Edessena divinus ille praefuit Nonus, qui primariam in urbe Antiochena luxu perditam Menadem, verborum persuasione adductam, et praeter opinionem omnem Deo consecratam, nympham et sponsam purissimam illi representavit, pro Mar-

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Περὶ τῶν ἐν τοῖς μεγίστοις τῶν ἁγίων ἀρεθρονότων, καὶ ὁρίων ἀρετῇ λόγοις διαφέροντων θεῶν ἀνδρῶν.

Σισίνιος δὲ, οὗ δὲ ὅλους δύο διαρκέσας ἐν αὐτοῦ, ἐτελεύτα, ὀρθότῳ βίου σώφρονος καὶ φιλοπρωχί, ὡς εἰρηται, περιώνυμος· τὸ δὲ ἕθος εὐπρόαιτος καὶ ἀπλοῦς, καὶ ἀπραγμοσύνη συζῶν· ὅθεν καὶ τοῖς φιλοπράγμοσι λυπηρὸς ἦν, δι' ὃ καὶ παρ' αὐτοῖς δόξαν εἶχεν οὐκ εὐπρεπῆ. Ἰννοκέντιον δὲ ἐκεῖν τὸν ἀριστον τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον Βονιφάτιος διεδέχτο· τὸν δὲ Ζώσιμος· τὸν δὲ Ζώσιμον αὖθις ὁ θεσπέσιος Κελεστίνος. Κατὰ δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου Κύριλλος ἐτι διέπρεπεν. Ἐν δ' Ἀντιοχείᾳ μετὰ τὴν θεῶν Ἀλέξανδρον Θεόδοτος ἱεράτευσε, τῆς σωφροσύνης ὁ μαργαρίτης, πρῶος εἶπερ τις ὦν καὶ ἀκριβεῖα βίου μάλα κοσμούμενος· ὃς δὴ καὶ τὸ διεβρωγὸς τῆς Ἀπολλιναρίου πατριᾶς, τῇ λοιπῇ τῶν ὀρθόδοξων ποίμνῃ λιπαρηθεῖς, ἀνέμιξε, μίαν Ἐκκλησίαν ποιήσας. Πολλοὶ δὲ καὶ οὗτω διέμειναν τὴν προτέρην λώσῃν οἷά τι ἐπίσημον ἔχοντες. Ἐν δὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις τὸν θεσπέσιον Ἰωάννην, ὃς μετὰ Κυρίλλον ἦν, Πραῦλλιος μετὰ Νέπωτα τοῦ τῆς Ἐκκλησίας οὐρακας πιστευθεῖς διεδέχτο, ἀνὴρ τῷ ὄντι φερώνυμος· οὗ τελευτήσαντος, Ἰουθενάλιος τὸν τόπον τῆς ἐκεῖνου διαδοχῆς ἀπεπλήρου. Τοῖς δ' αὐτοῖς ἔτεσι καὶ ὁ πολὺς ἐν σοφίᾳ καὶ λόγοις Θεόδωρος τὴν Κυρεσῶν ἐπετρόπευεν Ἐκκλησίαν, ἀνὴρ καὶ κατ' ἄμφω τὰς παιδείας τῇ θ' Ἑλλήνων καὶ Χριστιανῶν ἐπίσημος, καὶ πολλὰς τῇ Ἐκκλησίᾳ βίβλους πολὺ τὸ ὠφέλιμον ἰχθύσας καταλίπων. Ἠκμαζε δὲ καὶ Θεόδωρος ἐκεῖνος Μοφουεστίας τῆς Ἐκκλησίας διέπων, διδάσκαλος μὲν πάσης Ἐκκλησίας ὦν, κατὰ δὲ πάσης αἰρετικῶν φάλαγγος ἀρσιτεῖον· ὃς Διοδώρῳ μὲν τῷ πάνυ συγγενόμενος, τῆς διδασκαλίας ἀπήλαυσε, συγκαίνωνδ' δὲ καὶ συμφοιτητῆς τοῦ θεσπέσιου Ἰωάννου ἐγένετο· ἐπίσης γάρ καὶ ἄμφω τῆς Διοδώρου γλώσσης ἀπήλαυον. Ἐπιέξ δὲ καὶ τριάκοντα ἔτη οὗτος διετέλει κατὰ τῆς Ἀρειανικῆς συμμορίας παραταττόμενος· καὶ κατὰ τῶν λόγων Ἀπολλιναρίου ἡστροικῶς ἐπιβουλεύοντων στερβῶς ἠγωνίζετο· τὸν Χριστοῦ δὲ κληρον ταῖς ἀρίσταις διδασκαλαῖς διέτρεφεν. Ἦν δὲ τοῦτ' καὶ ἀδελφὸς Πολυχρόνιος Ἰνομα, ἀριστῶν μὲν χρώμενος βίῳ, καὶ τὸν λόγον σύμφωνον τῷ βίῳ πλουτῶν, τῆς δὲ Ἀπαμίων Ἐκκλησίας τὴν ποιμαντικὴν κληρωσάμενος. Τῆς δ' ἐν Ἐδέσσει Ἐκκλησίας Νόνος ἐκεῖνος προεστῆται ὁ θεσφόρος· ὃς τὴν πρώτην τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ μαρινάδων λόγους ὑπαγαγὼν, καὶ ἀφιέρωσας παρὰ δόξαν Θεῷ, νύμφην ἀγνωστῆν προσήγεν αὐτῷ, ἀντὶ Μαργαρίτῃς Πελαγίαν κατονομάσας· δι' ἧς ἐκ τῶν ὁσίων κριμάτων Θεοῦ πύλακος ἀν τις Οὐμασίαν. Ἠκμαζε δὲ μάλιστα διαφερόντως ἀσκητικῇ παλαιστρᾷ καὶ βίῳ διαφανεῖ· Εὐθύμοις ἐκεῖνος

ὁ μέγας ὁ τὴν Ἐρημον εἰς πόλιν μετασκευάσας· Συ-
μεῖον τε ὁ τὴν ἐπὶ στύλου πρῶτος κατοίκησιν ὑπο-
εἷξας· Νεῖλός τε ὁ θεσπέσιος ἀσκητής· ὃ τε τοῦ
Ἡλίουσιου Ἰσιδώρου, καὶ ὁ πολυθρύλλητος ἀσκητής
Μάρκος, Ἰωάννη τῷ πάνυ μαθητευθέντες· καὶ Πρό-
κλος ὁ θαυμαστός, σχολαῖος διάγωγ· καὶ ἄλλοι πλεί-
στοι, περὶ ὧν ἐς ὕστερον διαλήψομαι.

tes venerandus· Isidorus Pelusiota, et decantatus
monachus Marcus, Joannis magni discipuli. Pro-
clus præterea ille admirandus, quietam degens vitam, et alii quamplurimi, de quibus postea et di-
cimus.

ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

Ὡς μετὰ Σισίνιον Νεστορίου ὁ αἰρετικὸς χειρο-
τονεῖται ἐπίσκοπος· καὶ ὡς συγγχεῖν ἐξ ἀλα-
κουρίας τὴν Ἐκκλησίαν ἐπέβαλεν.

Τοῦ δὲ πατριάρχου Σισίνιου, ὡς εἴρηται, τὸ βιοῦν
μεταλλάξαντος, δεῖν ἐδόκει τοῖς ἐν ὑπεροχαῖς μη-
δένα τῶν τῆς Ἐκκλησίας εἰς τὴν ἐπισκοπὴν προά-
γειν, διὰ τοὺς ὡς ἔτυχε χαριζομένους ἐπικενής.
Ἦσαν γὰρ καὶ αὐθις οἱ μὲν Φιλίππῳ, οἱ δὲ Πρόκλῳ
σπουδάζοντες· ἐξ ἀλλοδαπῆς δὲ τινα προχειρίζε-
σθαι ἤθελον. Ἦν δὲ τις κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ἐν
Ἀντιοχείᾳ ποιούμενος τὰς διατριβὰς, τὸ γένος Γερ-
μανικεύς, εὐφωνός τε καὶ εὐλαός, τὴν κλήσιν Νε-
στορίου· ὃν ὡς περὶ τὸ διδάσκειν δεξιῶς ἔχοντα, ἐκ
τῆς Ἀντιόχου μεταστέλλεσθαι ἔγνωσαν. Περιδότης
δὲ καὶ ἐν σωφροσύνῃ μάλιστα ἦν. Τριῶν δὲ παραρ-
θύτων μηνῶν, ἄγεται καὶ αὐτίκα εἰς τὴν τῆς
Κωνσταντινου ἐπισκοπὴν προχειρίζεται. Ὅποιος
δὲ τὸ ἦθος ἦν, ἐκ τῆς πρώτης αὐτοῦ διδασκαλίας
κατεμνηύετο. Μετὰ γὰρ τὴν χειροτονίαν τὴν περι-
εῖδητον ἐκεῖνην ἀφῆκε φωνὴν ἐπὶ παρῶν τοῦ
πλήθους, πρὸς τὸν βασιλέα τὸν λόγον ποιούμενος·
« Δός μοι, λέγειν, ὦ βασιλεῦ, καθαρὰν τὴν γῆν τῶν
αἰρετικῶν· καγὼ σοὶ τὸν οὐρανὸν ἀντιδώσω. Σύ
μοι τοὺς αἰρετικούς κάθει· καγὼ συγκαθελῶ σοὶ
τοὺς Πέρσας. » Ὡν εἰρημένων, οἱ μὲν πολλοὶ καὶ
ἀποδοχῆς ἠξίου· τοὺς δ' ἀκριβῶς εἰδότας γνώμην
ἐκ λόγου κρίνειν οὐ διεδίδρασκον οὔτε τὸ κούφον τῆς
διανοίας, οὔτε δ' αὐτὸ θυμικὸν ἐν ταυτῷ καὶ κενό-
δοξον· ὅτι μηδὲ καλῶς τῶν ἐνταῦθα γευσάμενος,
εἰς τοὺς ὑπὲρ τῶν τοιούτων προήχθη λόγους. Ζῆλον
δ' ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας δεῖν αὐτῶν, τὸν τῶν Ἀρει-
ανῶν εὐκτήριον οἶκον κατέσπα. Οἱ δ' οὕτω κατα-
σπώμενον ὀρώντες αὐτὸν, πῦρ ἐμβαλόντες, οὐ μόνον
ἐκείνον, ἀλλὰ καὶ πολὺ τι μέρος τῶν παρακειμένων
τῷ τόπῳ ἀνήλσκον. Πρὸς δὲ καὶ Ναυατιανοὺς τα-
ράττειν ἐπέβαλεν. Οὐ μόνον δὲ τούτους, ἀλλὰ καὶ
ὅσοι περὶ Ἀσίαν καὶ Λυδίαν καὶ Καρίαν Τεσσαρεσ-
καιδεκάκτιται ἦσαν, ἐτι δὲ καὶ περὶ Μίλητον καὶ
Σάρδεας, ὧν πολλοὶ, καὶ ἀτάσεως δι' αὐτὸν γενομέ-
νης, τὴν βίον ἀπέλιπον. Προφάσεως δ' εἰλημμένος,
ὅτι περὶ οἱ Μακεδονίου Ἀντωνίου τὴν Ἰέρμης ἐπίσκο-
πον, σφόδρα ἐκείνους κελύσειε Νεστορίου ἐλαύνοντα,
διεχρήσαντο, υποβαλόντες τινὰς, ἐν δευτέρῳ τάγα-
θὲν τοῦ ἡδέος ποιούμενους, καὶ τὰς ἐκείνων ἐκκλη-
σίας ὑφέλιετο· τὰς τε ἐν Κωνσταντινουπόλει καὶ
ἐν Κυζίκῳ, καὶ τοῖς Ἑλλησποντίοις ἀγροῖς· ὧν
τινες βιαζόμενοι καὶ τῇ τοῦ ὁμοουσίου πίστει συνέ-

garita Pelagiam eam cognominans, in qua certe
merito aliquis divini iudicii pelagus admiretur.
Viguit verò tum maxime quoque in ascetica palæ-
stra præcipuus, et vita monastica illustris, mag-
nus ille Euthymius, qui solitudinem in urbis for-
mam redegit. Et Symeon qui primus domicilium
in columna habere instituit : insuper Nilus, Asce-
tes venerandus, Isidorus Pelusiota, et decantatus
monachus Marcus, Joannis magni discipuli. Pro-
clus præterea ille admirandus, quietam degens vitam, et alii quamplurimi, de quibus postea et di-
cimus.

CAPUT XXXI.

Ut post Sisinium Nestorium hæreticum episcopum or-
dinatum, per arrogantiam turbis et tumultibus
compleri Ecclesiam instituerit.

Sisinio patriarcha defuncto, sicuti dictum est,
eis qui honores et magistratus gerebant, placuit,
neminem ex ejus Ecclesiæ clero episcopum creare,
propter vanam eorum, qui honorem talem temere,
quibus ipsi faverent, mandatum volebant, gratiam.
Rursus enim alii Philippo, alii vero Proclo cupie-
bant, sed aliunde quempiam designare visum est.
Erat tum Antiochiæ, Germaniciensis patria, vocalis
et facundus Nestorius : hunc quod in dicendo
promptus et facilis esset, Antiochia accersendum
statuerunt, qui laudem etiam castitatis meruerat
maximam. Præterierant menses tres, et ille addu-
citur, et episcopus Constantinopolitanus creatur.
Qualis vero is vir fuerit, prima statim ejus concio
indicavit. Illico namque post consecrationem,
decantatam **504** illam propalam apud populum,
ad imperatorem verba dirigens, emisit vocem : « Da
mihi, inquit, o imperator, terram ab hæreticis
liberam et puram, et ego tibi cælum vicissim red-
dam. Tu mihi hæreticos exstirpa, et ego tibi Persis
delendis adero. » Hæc ejus dicta multi quidem
comprobarunt. Qui vero certo sciunt animum ex
verbis dijudicandum esse, illi mentis ejus levita-
tem, animum arrogantem, et vanam gloriam affec-
tantem, deprehenderunt : propterea quod, cum
nondum quidquam ibi satis degustasset, ad ejus-
cemodi productus sit verba. Zelum vero et æmula-
tionem deinde pro Ecclesia spirans, ædem preca-
toriam Arianorum demolitus est. Atque illi tem-
plum suum dirutum cernentes, igne insuper con-
jecto, non id modo, sed et magnam vicinorum
ædificiorum partem concremarunt. Deinde Nova-
tianos quoque turbare aggressus est. Non eos vero
solum, verum etiam qui per Asiam, Libyam et
Cariam, et qui præterea Miletum et Sardis erant,
Quatuordecimanos, quorum multi seditione et
tumultu propter ipsum concitato interiere. Et cum
Macedoniani Antonium episcopum Germensem,
qui eos Nestorii jussu admodum affligebat, percus-
soribus quibusdam submissis, qui voluptatem ho-
nesto præferunt, jugulassent, occasionem eam et
causam arripuit, et ecclesias eis Constantinopoli,
Cyzici, et in Hellesponto ademit. Ex quibus non-
nulli vi ea adacti, se ad ὁμοουσίου, consubstantialis,

fidem contulere. Accidit porro ut qui alios ita ecclesiis expelleret, ipse quoque ejiceretur, cum de repente bellum acre adversus Ecclesias concitasset. Id bellum inde sumpsit exordium.

505 CAPUT XXXII.

Ut Nestorius in ipso flagranti crimine per discipulum suum Anastasium sit deprehensus, Christum Dominum nudum hominem dicere, et sanctam Christi Veiparam matrem Christi genitricem appellare. Et quæ de eo memoriæ prodiderit Socrates, ecclesiasticus historicus. Et de prodigio quod in ecclesia accidit.

A et apostolica hinc et inde ad diversas opiniones appellens, dicta omnia, pro eo atque decet, capivet, et ad veriorem pietatem referat, eaque ad unam rectam planamque viam, veritatis scilicet inventionem, deducat. Cui sententiæ illud dictum valde consonum ab Apostolo est prolatum: « Oportet autem hæreses etiam in vobis esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant ». Qua in re ineffabilem quoque Dei sapientiam mirari libet, quæ olim per Apostolum suum prædixit: Virtus enim mea, inquit, in infirmitate perficitur. Ex eo namque quod propter imbecillitatem veræ cognitionis partes quædam ab Ecclesiæ structura resectæ sunt, dogmata recta et plana per ædificationem constituta sunt, et incrementis majoribus ad cælestem sublimitatem universalis et apostolica Ecclesia excurrit. Qui vero in seductione et errore Græcæ superstitionis educati sunt, 552 propterea quod neque Denm, quidnam sit, neque ineffabilem ejus et incomprehensibilem curam atque providentiam invenire velint, alii aliorum inter se, atque ipsi quandoque suas etiam ipsorum sententias refellunt. Et multos variosque comminiscentes deos, nominibus eos quæ affectionibus suis convenient prosequuntur. Et cum alios super alios sibi ipsi designant et eligunt, veniam, ut aliquis dicat, impuris libidinibus suis aucupantur. Sic qui apud illos est summus

...Hominum pater atque deorum,

C natura sua in avem versa, fœdi stupri gratia adolescentulum Phrygem rapuit, et pro mercede impuri flagitii poculum ei dedit. potestate illa permissa, ut sibi ille benevolentiam et amorem propinaret, et uterque simul cum nectare constipationis probrum et dedecus potaret. Qui insuper multis aliis nefariis sceleribus, quæ etiam nullius pretii hominibus concessa non sunt, in varias irrationalium animantium species transformatus, turpiter sibi vitam degendam statuit: et androgynus, ancipitique inter marem et feminam sexu deus factus, non equidem in ventre, sed femore uterum gestans, imperfectum tulit fetum, ut ea quoque res præter naturam fieret. Unde dithyrambus seu bis genitus infans prodiit, qui utriusque naturæ ignominia inureret notam, muliebri motu saltans semivir deus: ebrietatis, crapulæ, vinolentiæ, temulentæ gravedinis aliorumque inde proluentium malorum auctor. Huic deo altitonanti et ægidem ferenti admirandum etiam aliud nomen indiderunt; nam parricidam vocarunt, cui apud homines extremum et primum constitutum est supplicium: ut qui Saturnum patrem suum, pro eo atque decuit faciens, quod talem ipsum ille in vitam protulisset, turpiter regno exuerit. Quid vero de meretricia fœditate apud eos in numerum deorum relata dicam? cui tutelarem deam Venerem ipsam Cypriam

1 I Cor. xi, 19. 2 Cor. xii, 9.

conelia genitam praesciunt. Ea vero, pudicitia A
veluti piaculo quodam repudiata, absurdis et turpi-
bus flagitiis omnibus fere delectatur, atque eis
ipsis etiam coli atque placari vult: cum qua Mars turpiter se dans, arte et fallacia Vulcani, diis re-
liquis ludendus atque ridendus tanquam spectaculum exhibetur. Phalli vero, et ithyphalli, et obsce-
nitatis omnis domicilia apud illos, quem non merentur risum? 553 Quid Pan ipse et Priapus,
qui praeter naturam informi membro cum magna gratia collitur? Quid mysteria et arcana sacra
Eleusinae deae volunt? quae cum quem maxime oderim, uno tamen nomine tantum laudaverim,
quod talia ipsi ea esse, quae soli non aspiceret, judicarunt: et cum reipsa se digna patrarent fa-
cinora, quod ea tenebrarum caligine et obscuritate condemnarunt. Verum nos turpibus haec cultoribus
relinquentes, orationem ad metam constitutam reducamus, quae reliquae sunt Theodosii imperii res,
memoriae prodituri.

CAPUT XLIX.

Ut post praedatoriam synodum Theodosius, cognitis B
quae ibi gestae sunt rebus, Chrysaphium quidem
occiderit, graviter autem in conjugem Eudociam
commotus fuerit. Idem sororem Pulcheriam re-
vocat: quae Flavianum secum adducens sepelit, et
in foro avario magnifice Dei Genitricis templum
condit.

Post praedatoriam illam synodum Leonis papae
legati vix Romam venerant, cum illi quomodo
ipsius litterae rejectae, et iniquae sententiae latae
essent, praeterea Dioscori et Chrysaphii arrogan-
tem confidentiam, et ut illi divinum virum Flavia-
num necaverint, exposuere. Eisque rebus
perturbatus Leo, lacrymabundus Valentinianum
Placidiae filium, Romae adhuc imperantem, et
simul Theodosii atque Eudociae, quae etiam Athe-
nais dicta fuerat, filiam Eudoxiam adiit, et ab
ipsis petiit, ut ad Theodosium litteras darent,
quibus ille ad universalem synodum aliam cogen-
dam moveretur: in qua synodo, quae Ephesi
praeter ecclesiasticas constitutiones perperam acta
fuerant, rite corrigentur. Illi a Leone persuasi,
statim ad Theodosium scripsere, petitione papae
litteris inserta. Et Theodosius filiae Eudoxiae
rescribens, haec quoque verba addidit: « Illud vero
suavitatem tuam scire volo, Flavianum divino
iudicio ex rebus humanis sublatum esse, ut con-
troversia et contentio sanctarum ecclesiarum
omnis conquiescat. » Deinde vero Theodosius, ubi
re secum perpensa, se Chrysaphii astutia deceptum
esse comperit, perquam graviter et impietatem in
Flaviano perpetrata, et aliis episcopis nefarie
illatam contumeliam et condemnationem tulit. Et
cum dolori suo mederi non posset, in Chrysaphium
legitimum iustumque effudit furorem. Itaque illum
primum dignitate, mox etiam substantia omni
spoliatum, in insulam quamdam relegavit. 554
Cujus iudicium quod caelestis quoque calculus
comprobaret, in mari navigantem assecutus est.
Postea conjugem quoque Eudociam per acrem
objurgationem male admodum accepit, quippe quae
malorum invalescentium causa fuisset. Ad haec,
injuriam quoque germanae suae Pulcheriae, quae
ejus opera imperiali aula ejecta esset, factam ad-
jecit: atque insuper illam de Paulino suspicionem,
et contentionis malum, vehementer eam perstrin-

ΚΕΦΑΛ. ΜΘ'.

Ὅς μετὰ τὴν ληστρικὴν σύνοδον τοὺς Θεοδο-
σιος τὰ γερόμενα. Χρυσάφιον μὲν κτείνει·
Βαρβάς δὲ πρὸς τὴν γαμετὴν Εὐδοκίαν φέρε-
ται· ἀνακαλεῖται δὲ τὴν ἀδελφὴν Πουλχερίαν,
ἢ Φλαβιανὸν ἀγαθοῦσα θάπτει· ἀνιστᾷ δὲ καὶ
τὸν ἐν τοῖς χαλκοκρυταῖς πολυτελῶς τῆς
Θεοτόκου γυνῶν.

Μετὰ τὴν ληστρικὴν σύνοδον οἱ τοῦ Λέοντος πάππα
τοποτηρηταί, μόλις τὴν Ῥώμην καταλαμβάνοντες, τῷ
Λέοντι πάντα ἀνήγγειλαν, ὅπως τε τὰ ἐκείνου παρ-
ώφθη γράμματα, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἀδικον ψήφον,
καὶ τὸ θράσος Διοσκόρου καὶ Χρυσάφιου, καὶ ὡς ὁ
θεὸς ἐφρονεῖται Φλαβιανός. Οἷς ὁ Λέων περιπαθῶς
γεγονώς, Οὐαλεντινιανῷ τῷ Πλακιδίας υἱῷ ἔτι τῆς
Ῥώμης κατάρχοντι σύναμα τῆ τοῦ νέου Θεοδοσίου
θυγατρὶ Εὐδοξίᾳ, καὶ Εὐδοκίας τῆς καὶ Ἀθηναίδος,
πρόσσεισι δάκρυσι πλήρης· ἦτι τε βασιλέα καὶ βα-
σιλίδας αὐτάς, ὥστε πρὸς Θεοδόσιον γράφειν, ἑτέραν
σύνοδον οἰκουμένην ἀδροῖζειν, καὶ τὰ παρὰ θε-
σοῦν ἐκκλησιαστικὸν ἐν Ἐφέσῳ γεγενημένα διορθοῦν
ἀσφαλῶς. Οἱ δὲ πεισθέντες, Θεοδόσιον εὐθύς ἐπετε-
λον, τὴν τοῦ πάππα πρεσβείαν δὴλην ἐγκαθιστάν-
τες. Ὁ δ' ἀντιγράφων τῇ θυγατρὶ Εὐδοξίᾳ, καὶ ταῦτα
κατὰ λέξιν ἐπέφερεν· « Τοῦτο δὲ τῆ σὴ γλυκύτητι
γνωρῆσαι βούλομαι, ὅτι Φλαβιανός θεῖα κρίσει τῶν
ἀνθρωπίνων ἀφηρέθη πραγμάτων· ὅπως πᾶσα ἀμ-
φιβολία καὶ φιλονεικία τῶν ἱερῶν ἐκκλησιῶν ἀπο-
παυθῆ. » Ἐντεῦθεν ἐπιλογισάμενος Θεοδόσιος ὡς τῇ
Χρυσάφιου πανουργίᾳ ἀπατηθείη, λίαν ἐχαλέπαινε
τῆς τε εἰς Φλαβιανὸν ἀσθεσίας, καὶ τῆς εἰς τοὺς ἄλ-
λους τῶν ἐπισκόπων ἀδόξου παροινίας καὶ κατα-
κρίσεως. Καὶ δὴ μὴ οἶδς τε ὦν τὸ λυποῦν ἐξίστασ-
θαι, κατὰ Χρυσάφιου τὸν ἐνδοκίον ἐκέλευε θυμῶν.
Γυμνώσας οὖν αὐτὸν πρῶτιστά τῆς ἀρχῆς, καὶ τῶν
δυντῶν ἀποστερήσας, εἰς τινὰ τῶν νήσων ἐξέπεμπεν.
Ἐπικρίνουσα δὲ καὶ ἡ ἀνωθεν ψήφος τὴν δίκην, ἐν
ταῖς θαλατταῖς καταλάμβανε τρίβοις. Ἐπειτα καὶ
τῇ γαμετῇ Εὐδοκίᾳ σφοδρῶς μάλα προσφέρεται,
οἷάπερ αἰτία γεγενημένη τῶν ἐπισηρρησάντων δει-
νῶν· οἷς καὶ τὰ κατὰ τὴν κασιγνήτην Πουλχερίαν
προσῆγε, δι' αὐτῆς πῶν βασιλείων ἀπελαθίσαν.
Προσεπέγη δὲ καὶ τὰ κατὰ Παυλῖνον, καὶ τὸ μῆλον
ἐκεῖνο τῆς ἐριδος, ὀνειδίτων σφόδρα καὶ καθαρτόμε-
νος. Ἡ δ' ἀπογοῦσα καὶ ἐν πολλῷ δέει γεγενη-
μένη, τὴν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ἦτι στέλλεσθαι· ἤδη
τοῦτο καὶ πρότερον ἐπηγγελμένη Θεῷ, εἰ γε μνη-

σευθείσαν γνοίη τὴν θυγατέρα. Βασιλεὺς δ' εὐθύς ἄ
πέμπων ἐξ Ἑβδόμου τὴν ἀδελφὴν Πουλχερίαν ἀνε-
καλεῖτο, ἔβδομον ἔτος ἐκεῖ ἐκπεράνασαν. Ἡ δὲ σὺν
πομπῇ πολλῇ καὶ δορυφορίᾳ μεγάλῃ πρὸς τὰ βασι-
λεια ἦγετο. Ἐξ αὐτῆς δὲ εἰς Ἐφεσον πέμψασα, τὸ
Φλαβιανοῦ θεῖον σῶμα ἐκείθεν εἰς τὴν βασιλίδά μετ-
ήνεγκε· καὶ διὰ μέσου τῆς πόλεως ἐκκομίσασα
σὺν αἰδοῖ καὶ δορυφορίᾳ περιφανεί, ἔνθον τῶν ἀδύ-
των τοῦ ἱεροῦ τῶν μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ σεμνῶς καὶ
εὐλαβῶς κατατίθεισιν. Ἐπειτα εἰς σχῆμα ναοῦ τὴν
ἐν τοῖς χαλκοκρατείσι τῶν Ἰουδαίων συναγωγῆν
μετασηματίσασα, καὶ εἰς κάλλος ἅμα καὶ μέγεθος
ἐκλαμπύρουσα, περιφανῆ θεῖον οἶκον τῆ Θεομήτορι
ἀνεγείρει. Ἐνθα δὴ καὶ ἕτερα βραχύτερα προσοικο-
δομήσασα, τὴν τιμίαν τῆς Θεομήτορος καὶ ἱερὰν
ζώνην κατέθετο ἐν αὐτῇ τῇ τῆς ἁγίας· τραπέζης
σοφῆ· καὶ ἐξ ἐκεῖνου ἁγία σοφῆ· ὁ τῆς Θεοτόκου
οἶκος οὗτος ἐπώνυμον ἐκλήρωσατο. Καὶ τὰ μὲν ὧδε
ἔγένοντο.

sanctioris mensæ loculo zonam reposuit : et ex eo tempore ea Dei Genitricis ædes sacri loculi
nomen est consecuta. Atque hæc quidem sic acta.

ΚΕΦΑΛ. Ν΄.

Ἐξ ἡ βασιλίδε Εὐδοκίᾳ εἰς Ἱεροσόλυμα διέβη·
καὶ περὶ τῶν ἐκεῖσε οἰκοδομημάτων αὐτῆς.
Καὶ περὶ ἀγωγῆς καὶ διαίτης τῶν ἐν Παλαι-
στίνῃ μοναχῶν· καὶ ὡς ἐτελεύτη ἡ βασιλισσα
Εὐδοκίᾳ.

Ἡ δὲ βασίλει Εὐδοκίᾳ ἐπὶ τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ
πόλιν ἐπειγομένη, μόλις ἐνταῦθα γίνεται. Καὶ δὴ
τοῦ ἐκεῖσε λῶδ κατὰ θέαν ἐκεῖνης συνεβρύχητος,
τέλος πρὸς ἔπος καὶ τοῦτ' ἀπεφθέγγετο·

Ἐμετέρης γενεῆς τε καὶ αἵματος εὐχομαι εἶναι,

τὰς ἐξ Ἑλλάδος ἀποικίας· ἐκ παλαιῶν ἐκεῖσε γεγε-
νημένας· αἰνισσομένη. Ἄς εἰ τῷ βούληται· κατεῖδεν.
Στραβῶνι ἐντυγχανέτω τῷ γεωγράφῳ· ἔτι δὲ Φιλέ-
γοντι καὶ Διοδώρῳ τῷ Σικελιώτῃ· πρὸς δὲ Ἀρριανῶν
τε καὶ Παισάνδρῳ τῷ ποιητῇ· καὶ πρὸς γε Οὐλί-
πιανῶν, Λιβανίῳ τε καὶ Ἰουλιανῶν, τοῖς ἐκκρίτοις
τῶν σοφιστῶν· ὅτε καὶ τὴν Ἀντιόχου διοῦσαν,
Ἀντιοχείς εἰκόνη ἐκ χαλκοῦ ἀρίστως παποιημένη
ἔτιμων, ἣ καὶ μέχρι τῶν κατωτέρω χρόνων διήρκε-
σεν· ἐξ ἧς ἐρεθισθεὶς Θεοδόσιος, μέγιστην μοῖραν
τῷ τελεῖται προσήπει. Διανοίξας γὰρ πρὸς εὐρος,
μέχρι τῆς πύλης τῆς ἐπὶ Δάφην ἀγοῦσης ἐφείλου-
σα· καὶ πάρεστι τὸ πρῶτασιον τοῖς βουλομένοις
ὄρῳ· ἐς δεῦρο γὰρ τὸ παλαιὸν ἰχνηλατεῖται τείχος,
τῶν λειψάνων ξεναγούτων τὰς ἕψεις· ἄλλοις δὲ
δοκεῖ τὸν μέγιστον Θεοδόσιον τὸ τείχος εὐρῆσαι. Καὶ
τοῖς λουτροῖς Οὐάλεντος ἐπὶ τὴν μερῶν λυμῆναν-
τος τοῦ πυρὸς, χρυσὸν παρασχεῖν ὀλίγῃ διακοσίων
λιτρῶν βαρυνόμενον. Καὶ δις δὲ λόγος· ἔχει ταύτην
ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλήμ ἀφικέσθαι· ἔνθα γεγεννημένην,
τελευτᾶ πρὸς τιμὴν Χριστοῦ διαπράξασθαι· πολλὰ
τε τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων ἀνήγειρε, καὶ τὰς κα-
λοῦσμενάς λαύρας καὶ φροντιστήρια θεῖα ἐδείματο·
ὧν διάφορος μὲν ἡ ἀγωγή καὶ ἡ διαίτα, ἡ δὲ γε-
πολιτεία πρὸς ἓνα θεοφιλῆ σκοπὸν τελευτᾶ. Οἱ μὲν

gens, in medium protulit. Illa consilii dubia, cum
in magnum esset conjecta metum, ut sibi Hieroso-
lyma petere liceret, petiit : ad quam professionem
se voto nuncupato Deo obligaverat, si in matrimo-
nium eohocatum filiam vilisset. Imperator confe-
stim in Septimum misit, et sororem Pulcheriam
septimum jam ibi annum agentem revocavit : que
quamprimum cum apparatu comitatuque multo in
imperiale aulam rediit. Ephesum certis homi-
nibus missis, sacrum Flaviani corpus inde in
urbem imperantem transtulit, atque id per mediam
civitatem cum observantia et pompa celebri illa-
tum, intra adyta sanctorum discipulorum Christi
templi splendor et religioso reposuit. Postea
Judæorum synagoga, Chalcoptatis, in templi for-
mam redacta, pulchritudineque simul et amplitu-
dine exornata, insignem Dei Genitricis ædem se-
eram construxit. Ubi minoribus aliis adjectis ædi-
ficiis, venerandam et sacram Dei Matris in ipso
CAPUT L.

Ut imperatrix Eudocia Hierosolyma petierit, et que
ibi construxerit ædificia. De vita et conversatione
Palaestinarum monachorum; et ut imperatrix Eu-
docia e vita migrarit.

Eudocia vero Augusta professionem in sanctam
Christi civitatem adurgens, tandem huc pervenit.
Et cum populus illic ad spectandam eam conflue-
ret, postremo ad verbum illud perquam scite car-
men dictis aliis adjecit :

Et stirpis vestræ me dico et sanguinis esse,

subobscuræ eo antiquitas colonias ex Græcia ductas
esse significans. Eas qui cognoscere vult, Strabo-
nem geographum, et Phlegontem, et Diodorum
Siculum, tum etiam Arrianum et Pisandrum
poetam, 555 præterea Ulpianum, Libanium et
Julianum sophistas egregios legat. Quo tempore
etiam Antiochiam eam profectam, cives ibi statua
ærea faberrimè facta cohonestarunt, quæ ad poste-
riora etiam tempora perduravit. Qua re Theodosius
permotus, maximam mœnibus partem adjecit,
usque ad portam quæ in Daphnem ferè in latitu-
dinem eis promotis. Eamque suburbanam regio-
nem cernere quisque potest. Nam ad hoc usque
tempus vestigia veteris muri, reliquiis ejus sese
cum admiratione oculis inferentibus, deprehē-
duntur. Aliis autem videtur, a maximo Theodosio
mœnia esse dilatata. Atque ab eodem in lavacri
Vœntis, aliquibus ex partibus incendio diruti.
fectionem, aurum ducentorum pondō librarum
datum esse dicitur. Fama vero est, bis Eudociam
Hierosolyma perrexisse, ubi plurima ad honorem
Christi peregit. Nam et multa sacra monasteria
excitavit : et lauras quæ vocantur, angustas scilicet
monachorum cellas, scholasque divinas condi-
dit : quarum varium quidem est institutum, et

varia vivendi ratio : sed hæc ad unum prorsus A pietatis finem spectant. Quidam namque simul eisdem in ædibus vivunt, re nulla quæ homines in terram deprimit distracti. Apud hos neque aurum est, neque aliud quoddam metallum; sed neque vestis alicujus propria, neque rerum aliarum quidquam, quod ventrem demulceat. Quod namque hodie pallium aut humerale hic fert, eo cras alium indutum conspicias : adeo ut unius vestem unam omnium, et rursum omnium unius esse putes. Omnibus autem communis proponitur mensa, non conditis variisque et exquisitis cibariis, eas quæ sub ventre sunt corporis partes ad lasciviam irritans, sed paucis quibusdam oleribus atque leguminibus, quantum ad vitam saltem tolerandam satis sit, convivas excipiens. Communes itidem eis sunt ad Deum supplicationes et preces, quas interdium, et sæpe etiam nocte tota, cum timore, habitu statuque corporis submisso, peragunt. Labore seipsos ita conficiunt, ut viventes adhuc super terram mortuos prorsus esse dicas. Ii sæpius in biduum et triduum jejunium proferunt. Sunt qui diebus quinque, et longius, cibum non attingunt : **556** eumque tandem necessitate urgente, et quidem cum parcimonia multa, sumunt. Aliqui vero diverso ab eis qui ita simul vivunt modo, seipsos a multis segregantes, solitarii degunt, exiguis maxime adiculis se includentes, quæ ea sunt latitudine et altitudine, ut neque directe stare, neque facile cubare possint, speluncis quibusdam et terræ cavernis, sicuti Apostolus inquit ¹, incubantes. Nonnulli sub dio cum feris habitantes, aliqui vero occultis sub terra hospitibus utentes, ibi cum solo colloquantur Deo. Verum enimvero aliud quoque genus conversationis divinæ ab illis excogitatum est, quod omne virilis constantiæ et fortitudinis specimen longe superat. In solitudinem enim quamdam sole adustam se abdentes, et eam solam corporis partem quam naturæ necessitas tectam esse vult, velantes, non viri modo, sed et femine, eodem inter se vitæ instituto concertantes, nullam reliqui corporis gerunt curam, frigori ingenti atque æstui, variisque aeris mutationibus seipsos committentes, algorem juxta et calorem tolerant, et quovis loco, ita ut sors talit, stant et cubant : omnique humano alimento omnino repudiato, herbis quibusdam et radicibus, quas terra sua sponte fert, vivunt : qui etiam ab ejuscemodi victus genere βοσκoi, hoc est, pabulatores dicti sunt. Illi etiam tempore ipso specie eorum mutata, feris assimilantur, et mentem quoque a reliquis hominibus alienam obtinent. Quos si quando forte conspicati fuerint, fugiunt. Quod si etiam insequentem quempiam sentiant, celerius se in pedes conjiciunt, propter levitatem prorsus in aere sublimes volantes. Nonnunquam quoque inaccessa sub terra loca subeuntes, subito disparent : plurimi-

γάρ ὁμοῦ διαζῶσι, μηδενὶ τῶν ἐς γῆν νεύοντων κατασυρόμενοι· ἐν οἷς οὐ χρυσός, οὐδέ τι τῶν ἄλλων μεταλλικῶν, ἀλλ' οὐδ' ἐσθῆς ἰδιάζουσα, οὐδέ τι ἄλλο τῶν ὅσα σαίνειν οἶδα γαστέρα. Ὁ γὰρ οὗτος σήμερον τριδῶνιον ἢ εξωμίδα φέρει, αὐριον ἔχει ἂν ἕτερον ἀμπεσχομένον· ὡς λογίζεσθαι ἐνὸς καὶ μίαν εἶναι τὴν πάντων ἐσθῆτα, καὶ τὴν αὐθις ἐνὸς ἀπάντων. Ἀπασὶ δὲ κοινὴ τράπεζα πρόκειται, οὐ καρυκαίαι τισὶ καὶ ποικίλοις ἐδέσμασι τὰ ὑπογάστρια γαργαλίζουσα, ἀλλὰ βραχέσι λαχάνοις, καὶ τισὶν ὄσπροις, καὶ τούτοις, ὅσον ἀποζῆν μόνον δεξιουμένη. Κοινὰ δὲ αὐτοῖς εἶσι καὶ αἱ πρὸς Θεὸν λιταὶ, δι' ἡμέρας καὶ διὰς νυκτὸς πολλάκις δέει καὶ κατεσταλμένῳ τῷ ἤθει γινόμεναι. Οὕτω δὲ καὶ τοῖς πόνοις σφᾶς αὐτοὺς ἐκπιέζουσιν, ὡς ἀντικρυ· ζῶντας εἶναι νεκροὺς ὑπὲρ γῆν. Οὗτοι δὲ πολλάκις καὶ δις καὶ τρις ὑπερβέμενοι τῶν ἡμερῶν· εἰσὶ δὲ οἱ καὶ πεμπταῖοι καὶ πρὸς διατελοῦσιν ἀγευστοὶ· μόλις δὲ τῶν ἀναγκαίων καὶ τούτων φειδοὶ πολλῆ ἀπτονται. Ἄλλοι δ' ἀπ' ἐναντίας τοῖς ὀμιλαδὸν συνακουσὶν ἰόντες, σφᾶς αὐτοὺς τῶν πολλῶν ἀκχερόντες, καθ' ἑαυτοὺς διαζῶσιν, οἰκίσκοις τισὶ βραχυτάτοις ἑαυτοῦς ἐργοντες, ἐπὶ τόσῳ εὐρυνοῦ ἐνοῖς καὶ εἰς ὑψὸς ἐκφερομένοις, ὡς μηδ' ἀνορθοῦσθαι εἶναι τε καὶ τὰ· κλίσεις εὐχερῶς πράττειν· σπηλαιῶσι δὲ τισὶ καὶ τῆς γῆς ταῖς ὄπασι, ἢ φησὶν ὁ Ἀπόστολος, ἐμφωλεύοντες· οἱ δ' ὑπαίθριοι θηρίοις συνοικίαν ποιῶντες· οἱ δὲ καὶ ἀτεκμάρτοις ὑπὸ γῆν οἰκίαις κεχρημένοι, ἐκεῖ δὴ μόνοι μόνῳ προσλαλοῦσι Θεῷ. Ἀτὰρ δὴ καὶ ἕτερον εἶδος· τῆ περὶ Θεὸν στροφῆ τούτοις ἐπισυνῶνται, δεῖγμα πάσης ἀνδρίας καὶ καρτερίας ἐν δευτέρῳ τιθέν. Ἐπὶ γὰρ τινὶ ἐρήμῳ τῷ φλογμῷ τοῦ ἡλίου ἐκκεκαυμένοι σφᾶς διαφέντες, καὶ τὰ τῆς φύσεως ἐξ ἀναγκαίου περιστέλλεσθαι εἰωθῆτα μόνῳ περικαλύπτοντες, οὐκ ἄνδρες μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναῖκα πρὸς τὴν ἴσην πολιτείαν ἀναμειλώμεναι, τὸ λοιπὸν ἐῷσι τὸ σῶμα προμηθείας πάσης ἐκτός, κρυμοῖς ἐξαιτίοις καὶ καύσῳ καὶ ταῖς ποικίλαις τοῦ ἀέρος μεταβολαῖς ἑαυτοὺς ἐκδιδόντες, ἐν ἔρω καὶ κρῦο· καὶ θάλασπος καὶ στάσις καὶ κλίσις ἐπὶ τῷ τυχόντος ποιούμενοι· πᾶσαν δ' ἀνθρωπίνην ἀποσειόμενοι τέλειον, πᾶσι τισὶ καὶ ρίζαις δ· ἢ γῆ αὐτομάτως ἐκδίδωσι τρέφονται· οἱ καὶ βοσκῶν ὄνομα ἔχον τῷ τοιῦδε τῆς ζωῆς πορισμῷ. Καὶ γε θηρίοις τῷ χρόνῳ ἀφομοιοῦνται, παρατρεπομένης μὲν τῆς ἰδέας, τῆς δὲ γνώμης μηδαμῶς συμβαινούσης τοῖς θεοῖς τῶν ἀνθρώπων· οὐς καὶ εἰ ποτε συμβαλεῖθαι θέασθαι, διαδιδράσκουσιν· εἰ δὲ καὶ γνοῖεν ὅτι διώκονται, ἐπιμᾶλλον τῷ τάχει κέρηται τῶν ποδῶν ἀντικρυς αἰθέριοι τῇ λεπτότητι διηπτάμενοι. Ἔστι δ' ὅτε καὶ δυσμεθόλοις χωρίοις τῶν ὑπὸ γῆν ἀφανεῖς γίνονται, τὸ λαθεῖν οὕτω βιούντες περὶ πλεῖστον ποιούμενοι· καὶ ἕτερον δὲ εἶδος ἀσκήσεως διηγήσομαι, ὃ μικροῦ με διέδρασε, καίτοι γε τὰ πρᾶγματα κατὰ πάντων φέρεσθαι δίκαιον ἔχον· ἐν ἐλαχίστοις δὲ μάλιστα τὸ τοιοῦτον ἐγγίνεται. Εἰσὶ γὰρ δὴ τινες οἱ, ἐπὶν διὰ πολλῶν μόχθων τῆς ἀρετῆς τὸ ἀπαθεῖ-

¹ Hebr. xi, 37.

εἶναι κληρώσαντο, πρὸς τὴν κόσμον ἐπανήκουσιν αὐθις. Παραφόρους δ' αὐτοὺς εἶναι σχήμασι τισιν ἀτάκτοις ἐπαγγελλόμενοι, οὕτω τὴν κενὴν δόξαν περιφρονοῦσιν. Ὅν τελευταῖον χιτῶνα, Πλάτων φησὶν ὁ φιλόσοφος, ἡ ψυχὴ πέφυκεν ἀποτίθεσθαι. Καί γε φιλοσεφοῦσιν ἀπαθειαν, ἀπαθῶς δὴθεν ἐσθίοντες, κὰν ἐν καπηλείῳ ἢ μαστροπέῳ εἰ τοῦτο δεῆσοι δρῶν, οὔτε πρόσωπον οὔτοι δι' αἰδοῦς τιθέμενοι. Προσβάλλουσι δὲ ἀθρόον καὶ βαλανείους γυναίξι συλλογόμενοι, πολλάκις εὐρίσκομέναις καὶ ὡς ἔχουσι φύσεως, καὶ σὺν ἐκείναις αὐλλίζονται. Οὕτω δὲ τῶν παθῶν περιγίνομται, ὡς καὶ τῆς φυσικῆς ὑπερκαίεσθαι δυνάμεως, καὶ τυραννεῖν αὐτὴν· οὐτ' ἔψει, οὔτε ἀφῆ, πολλῶν γε μὴν αὐτοῖς φιλήμασι τεχνικοῖς καὶ περιπλοκαῖς ταῖς τοῦ θήλεος πρὸς τὰ τῆς φύσεως ἀποκρίνεσθαι ἰδιώματα· ἀλλ' ὡσανεὶ μετ' ἀνδρῶν διατρίβοντας, ἀνδρας εἶναι, γυναίξι δ' αὐθις προσομιλοῦντας, γυναίκας· φύσεώς τε ἑκατέρας μετέχοντας, δοκεῖν εἶναι ἐπὶ μιᾷ· καὶ τέλος εἰπεῖν, ἐν τῷ τοιοῦτῳ ὑπερφευῖ βίῳ τὴν ἀρετὴν ἀντιπράττουσαν φύσει καταπῆξαι νόμους, ὥστ' ἐν μηδενὶ τῶν ἀναγκαίων ἐφείναι αὐτὴν κόρον σχεῖν. Πεινῆν δὲ πάντα καὶ διψῆν, καὶ δι' ἔγκρατείαν ἤκειν ἀπάσης ὁ σφῶν νόμος νομοθετεῖ. Ἐπὶ τόσον δὲ καὶ τὸ σῶμα περιστέλλειν ὀρίζει, ὅσον βίξ τὴν ἀνάγκην συνέχειν. Καὶ ἐπὶ τόσον αὐτοῖς ἠκριθωμένοις σταθμοῖς ἀντιταλαντεύεται, ὡς ἐκ διαμέτρου χωροῦσιν, ἀνεπαίσθητον αὐτοῖς τὴν βροπὴν καθεστάναι. Καὶ τόσον δὲ τὰναντία κρατεῖ παρ' αὐτοῖς καὶ ὑπερφυῶς κέκραται, τῆς θείας χάριτος εἰς ἐν συναγοῦσης τὰ ἀμικτα, καὶ αὐτὸν πάλιν καιρῶν προσήκοντι διαρούσης, ὥστε τὸ ξέρον εἰς ἀκοὴν ζωῆν ἐν ταυτῷ καὶ νέκρωσιν αὐτοῖς κατοικεῖν, φύσει ἐναντιώματα καὶ λόγῳ καὶ πράγματι. Ὅπου μὲν γὰρ τι τῶν παθῶν ὑφέρπει, ἔδοις ἀντὶ τῶμα νεκρὸν μηδὲν δρῶν ὅσα καὶ τάφῳ κείμενον· ἐνθα δ' ἀρετῆς ἐργασίᾳ καὶ πρὸς θεὸν ἰκετεῖα ῥώμην καινὴν καὶ σῶμα ξένως σφριγῶν τὴν ἀκμήν· κὼν καὶ γεγηρηκὸς εἴη σφόδρα καὶ ἔξωρον. Καί γ' ἑκάτερος βίος οὕτως ἐκείνοις συμπλέκεται, ὥστ' ἀμέλει καὶ τὴν σάρκα πάμπαν νεκρῶσαντὲς τε καὶ ἀποθέμενοι, ζῶσιν ἀεὶ· καὶ μετὰ τῶν ζῶντων ὡσανεὶ συνδιάγουσι, τὰ ἐκσίνων παντοίως θεραπεύοντες σώματα, καὶ τὰς τῶν δεομένων λιτὰς θεῶν ἀναφέρουσιν, ἐπίσης τῇ προτέρᾳ βιοτῇ διαζῶντες, πλὴν ὅσω μὴ τῶν ἀναγκαίων ἐνδεεῖς εἶναι καὶ τόπῳ περιρρίζεσθαι, πᾶσι δ' ἀκαρεῖ συνεῖναι, καὶ τὰς ἀπάντων ἀκούειν φωνὰς, καὶ πᾶσι συγγίνεσθαι· ὧν συχαὶ γονάτων κλίσεις τὸ ἔργον, σύμπονοι τε ἐπαναστάσεις, τῆς ἐφέσεως· μόνης τὴν ἡλικίαν ὑπανεχρῆστος, καὶ τὴν ἐκούσιον ἀσθένειαν ἀναζωπυρούσης· ἀσαρκοὶ τινες ἀόληται καὶ ἀναίμονες παλαίσται. Οἷς ἀρίστη πανδοσία καὶ τρυφὴ νηστείας τὸ κράτιστον, καὶ σφριγῶσα τράπεζα τὸ μηδὲν ἐλέσθαι ὡς οἶόν τε ἀπογεύεσθαι. Εἰ δὲ που ξένος ἐπιδημοῖ καὶν ἐξ ἐθινοῦ, οὕτω φιλοφρόνως διδάσκονται φιλοτησίαις καιναῖς δεξιούμενοι, ὡς εἰκάσαι μηδὲν ἄλλο σφᾶς διὰ βίου σπουδάσαι, ἢ αὐτὸ δὴ τοῦτο τρυφᾶν· παρηλλαγμένον εἶδος νηστείας ἐπινοοῦντες· ἀδεῶς ὄψιν ἐσθίειν μὴ βουλομένους· ὡς ἐκπληξίην τὸ

A que id, si ita vitam ducentes lateant, faciunt. Aliud præterea monastici exercitii genus, quod parum absuit quin præterirem, commemorabo. Id præ aliis merito primas ferre censetur, et apud paucissimos reperitur. Sunt namque nonnulli, qui cum per multos virtutis labores eo evaserint, ut ἀπαθεῖς, hoc est, indolentes, et affectionibus perpassionibusque omnibus liberi sint, in mundum recurrunt. Et gestibus quibusdam incompositis dementes se esse assimilantes, ita vanam contemnant gloriam, quam extremam tunicam (juxta Platonem philosophum) anima deponere solet. In ἀπαθεῖς, hoc est, indolentia philosophantur, 557 sine affectione atque animi commotione, in caupona aut, si opus sit, in lupanari cibum capientes, et neque conspectum cujusquam, neque locum aliquem reverentes. Balnea quoque ingrediuntur, et cum mulierculis sæpe etiam, ut natura fert, nudis lavant, et cum eisdem habitant. Adeo vero affectionibus perpassionibusque superiores sunt, ut naturæ vim superent, et tyrannidem in eam exerceant: denique ut neque aspectu, neque contactu, neque adeo ab arte petitis oculis, atque muliebribus complexibus, ad eam quæ propria naturæ est concupiscentiam commoveantur. Cum viris illi versantes viri sunt, cum mulieribus mulieres. Et cum utriusque sexus vim obtinere videantur, unum obtinent. Atque ut semel dicam, in hoc vitæ genere, quod captum naturæ superat, virtus naturæ adversas leges fixit, ut in nulla earum rerum quæ necessariæ sunt, satietas ipsa locum habeat. Ita illi semper esuriunt et sitiunt, temperantiamque et continentiam in rebus omnibus retinere leges eorum jubent. Adeo etiam illæ corpus constringere præcipiunt, ut vi etiam necessitas comprimatur. Tam æqua etiam per exactissimam rationem statera vita eis libratur, ut dum lanx utraque per diametrum et lineam mediam inter se distat, nullum sentiatur momentum. Et tantopere res inter se contrariæ in eis et exstant et miscentur, divina gratia ea quæ misceri nequeunt conjungente, et tempore rursus suo disjungente, ut quod auditu mirum est, in eodem corpore et vita simul et mortificatio habet, quæ natura, ratione et re ipsa inter se maxime sunt pugnantia. Cum enim affectio quæpiam seu perpassio subrepsit, tum corpus videas mortuum et nihil agens, perinde atque in sepulcro repositum esset. Cum autem egregium virtutis opus peragendum, et preces ad Deum fundendæ sunt, tum robur novum et corpus mirifice vividum cernas, etiamsi id senio jam confectum et exoletum admodum sit. Vitam utraque illi, præsentem videlicet et futuram, ita complicant et conjungunt, ut carne prorsus in obitu mortificata atque deposita, semper vivaant, et quodammodo cum viventibus simul conversentur, corpora illorum varie curantes, et supplicantium preces ad Deum referentes: itidem ut in priore vita degentes, præterquam quod rebus necessariis non indi-

geant, et loco nullo circumscribantur. Omnibus in momento adsunt, omnium voces audiunt, et cum omnibus versantur. **558** Horum opus est frequentes genuum inclinationes et graves rursus stationes, desiderio solo corpora eorum sustinente, et voluntariam imbecillitatem recreante. Illi athletæ quidam sunt carne carentes, et luctatores sanguinis expertes. Illis convivia splendida et deliciæ summæ sunt, assiduum jejunium : et mensa opipara, ut quoad ejus fieri potest, nihil cibi degustent. Quod si alicunde hospes adveniat, matutino etiam tempore, tam benigne et amanter novo hospitalitatis genere eum excipiunt, ut nihil aliud eos per vitam, quam ad eum modum deliciari studuisse putes : aliud mox rursus jejunii genus excogitantes, cibumque arbitrato suo capere volentes, adeo ut res ea omnibus in stuporem evadat, cum ad victum sufficientem tantum eis desit, quomodo tam exiguo alimento vivere possint. Inimici ii sibi ipsis suat, voluntatisque propriæ et naturæ destinatione animi jamdudum concepta, proliiores, ut in rebus omnibus delicias carnis longe a se rejiciant, et anima eis in statu suo pulcherrime consistat : quæcumque Deo placita sunt, prudenter diligens atque conservans. Felices illi prorsus ejusemodi conversatione et vitæ instituto : longe autem feliciores sua ex hac vita migratione, ad quam illi semper aspirant, ad optatum illum desideratumque vivendum anhelantes. Itaque Eudocia Augusta cum multis id generis monachis collocuta est, et multa (sicuti dictum est) monachorum domicilia et habitationes construxit. Hierosolymorum etiam muros protulit et renovavit. Episcopalem præterea domum ibi ex fundamentis ipsis erectam pulcherrime exornavit, eidemque mille numismatum reditum attribuit. In Phordisiis pauperum domicilium ædificavit, ubi quadringenti sacro morbo laborantes habitarent. Alia item pauperum hospitium et viduarum diversoria condidit, etisque substantiam suam donavit. Ecclesiis, nosocomiis seu ægrorum domibus, sacrosanctis ædibus, et monasticis virorum et mulierum domiciliis, vicesies mille quadringentas et octoginta aureæ monete libras dedicavit : præter alios quos alio convertit sacros proventus, et varii generis donaria, quæ sanctis quibusdam locis consecravit. Et aliquando die festo Paschæ templum ad sanctam Christi Resurrectionem celebrandam ingressa, in hæcornarum rationem decies mille sextarius olei retulit, **559** Et choris memoriam sacre Christi Resurrectionis colentibus, annuum proventum quadringentorum numismatum constituit. Postremo templum ingens amplitudine et forma præclarum, ex ipsis fundamentis, aduifando illi et primo diacono simul et martyri Stephano studio uno ab Hierosolymis erexit : quo loco a percussoribus Damiani saxi ille obrutus, inmarcescibilem coronam reportasse dicitur. In quo templo aliquo post tempore et ipsa, cum ad

πραττόμενοι εἶναι, πόσον ἐς τροφήν αὐτάρκη θεόμενοι, κομιδῇ βραχυτάτῃ διαζῶσι τροφῇ· ἐχθροὶ ἑαυτοῖς καθεστῶτες, καὶ τῶν ἰδίων βουλήσεων καὶ τῆς φύσεως ἐκδοτοὶ τοῖς πάλαι θελήμασιν· ὡς ἂν διὰ πίντων αὐτοῖς τὸ ἔδον τῆς ταρχὸς ἀποσφαιρῶσθαι, καὶ ψυχῇ διεξάγῃ τὰ κάλλιστα, ὅσα δὴ θεῶ πρὸς ἀρέσκειαν νονεχῶς ἐπιλεγομένη καὶ διασώζουσα. Μακάριοι οὕτως τῆς τ' ἐνταυθοῖ διαίτης καὶ πολιτείας· πολλῶ δὲ μᾶλλον μακαριώτεροι τῆς ἐντεῦθεν μεταναστάσεως, ἐς ἣν διὰ παντὸς χαίρουσι τὸ ποθοῦμενον ἰδεῖν ἐπιγόμενοι. Καὶ τοίνυν ἡ βασιλὶς Εὐδοκίᾳ πολλοῖς τοιούτοις περιετυχούσα, πολλὰ τε, ὡς εἴρηται, μοναστῶν ἐνδιαίτηματά τε καὶ καταγωγὰ λειμαμένη, καὶ τὰ τῶν Ἱεροσολύμων τεῖχη εὐρύνασα καὶ ἀνανεώσασα, καὶ πρὸς τὸ εὐπρεπέστερον διασκευασαμένη, καὶ τὸ ἐπισκοπεῖν ἐκ βάθρων αὐτῶν ἀνίστα, ἀποχαρισσαμένη τούτῳ καὶ πρόσδοον νομισμάτων χιλίων. Ἐν δὲ Φορδισίῳς πτωχεῖον ἀνίστη, ἐν ᾧ τετρακῶσιοι τῇ ἱερᾷ νόσῳ προσελημμένοι ἐνδιαίτημα εἶχον. Καὶ ἄλλα δὲ πτωχεῖα καὶ ξενώνας καὶ γηροκομεῖα ἀνήγειρε· καὶ τὸ περιὸν αὐτῇ τῆς οὐσίας τοῖς τοιούτοις ἀπεκλήρωσεν· ἐκκλησίαις, νοσοκομείοις καὶ σεμνεῖσι εὐαγείαι, καὶ διαίτημασι μοναχῶν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, δύο μυριάδας καὶ τετρακῶσια καὶ ὀδοῦκοντα χρυσοῦ λίτρας νομισμάτων τούτοις ἀφιέρωσασα, ἀνευ τῶν ἄλλοτε προσωπερωθέντων θείων προσόδων, καὶ τῶν διαφόρων αὐτῇ κειμηλίων ἱερῶν γεγενημένων, τόποις εὐαγείαι σῴσι. Καὶ ποτε τῇ τοῦ Πάσχα ἡμέρᾳ εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ ἀνάστασιν εἰσελθοῦσα, εἰς λόγον φώτων ἔδωρεῖτο ἐλαίου ξέστεις μυρίους· καὶ τοῖς χοροῖς τῶν σπουδαστῶν τῆς ἁγίας Χριστοῦ ἡμῶν ἀναστήσεως πρόσδοον ἐνιαύσιον νομισματα τετρακῶσια. Τελευταῖον δὲ πάντων τέμενος μέγα ἀνίστη, ἐξοχὴ τε καὶ κάλλει προύχον. τῇ πρώτῃ ἐν διακόνις καὶ μάρτυσι Στεφάνῳ τῷ θαυμαστῷ ἐξ ἐσχάτων χρηπίδων αὐτῶν, οὐκ ἄνυ τι διεστῶς Ἱεροσολύμων, πλην ὅσον σταδίου ἐνός· ἐνθα λόγος ὑπὲρ τῶν Κυριοκτόνων βλήθοντα λήθεις, τὸν ἀμαράντινον κομισσασθαί· στέφανον· ἐν ᾧ καὶ αὐτῇ πολλὰ κατατίθεται ὑστέρων, πρὸς τὴν ἀγῆρω μεταχωρήσασα βιοτήν, τετάρτῃ ἐτει τῆς τοῦ μεγάλου Λέοντος βασιλείας, εὐσεβῶς καὶ θαρσύνως βιώσασα. Ἐτελευταία δὲ τὸν βίον ἐτῶν ἐξήκοντα καὶ ἑπτὰ γενομένη· εἰκοστὸν γὰρ ἔτος ἄγουσα, τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ συνήφθη· καὶ διεβίω τοῖς ἀνακτόροις, ὑπὲρ μητρὶ καὶ Δυγούστῃ τῇ Πουλχερίᾳ ἔτη εἰκοστένεια· καὶ μόνη Πουλχερίας ἀνευ τὴν βασιλείαν διέθουεν ἐπὶ ἔτη ἑπτὰ· καὶ ἑνδεκά ἔτη ἐν Ἱεροσολύμοις διήγαγεν. Ἐκ τούτων δὲ τέσσαρα διεβίβασαν ἔτη τὴν ἐν Καλιπῶνι μηδαιμῶ· παραδεχομένη σύνοδον οἰκουμένην, ὡς προειρηθέντες ἐβλήσωμεν. Μετὰ δὲ τὸ τὴν σύνοδον παραβέβησθαι, καὶ ἄλλα τέσσαρα ἐπιβίω ἔτη· ἔπειτα ἐτελευταία· περὶ ἧς φασὶ καὶ τὴν προφήτην εἰρηξέναι Δαυὶδ· Ἀγάθυνον, Κύριε, ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου τὴν Σιών· καὶ οἰκοδομηθήτω τὰ τεῖχη Ἱερουσαλὴμ. Ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ τὴν βασιλείαν Εὐδοκίας· τούτων γενέσθαι· ξυνηγήθη τὸν τόπον.

immortalem emigrasset vitam, condita est, quarto magni Leonis imperii anno, cum hic piam Deoque placitam exegisset vitam. Defuncta autem est ætatis sexagesimo septimo anno: nam viginti annos nata, imperatori Theodosio conjuncta est. Et in aula imperiali sub matre, eademque Augusta Pulcheria, viginti novem transegit. Ipsa vero sola, absque Pulcheria, imperium annis septera administravit. Porro Hierosolymis undecim transegit. Ex eo tempore quatuor vixit annos, universalis Chalcedonis synodi acta non approbans, sicuti postea dicemus. Postquam autem synodi ejus decreta rata grataque habuit, alios etiam transegit quatuor; et tandem mortua est. De qua prophetam Davidem illud etiam dixisse ferunt: *Bene fac, Domine, in bona voluntate tua Sion, et ædificentur muri Jerusalem* ¹. Res Eudociæ imperatricis ad hunc se habuere modum.

ΚΕΦΑΛ. ΝΑ΄.

Α

CAPUT LI.

Περὶ τοῦ ἁγίου Συμεῶν, ὃς πρῶτος τὴν ἐπὶ τοῦ κίονος ἐπενόησε στήσιν.

De sancto Symeone, qui primus vitam et stationem in columna invenit.

Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ Συμεῶνης ὁ πάνυ, ὁ τῆς δόξας καὶ αὐδῆμου μνήμης, πρῶτος τὴν ἐπὶ κίονος στήσιν ἐπινοήσας, ἤκμαζέ τε καὶ ἔγνωρίζετο. ἔχων τὸ ἄνωθεν τοῦ κίονος ἐνδιαίτημα, διπλῆν τὸ ὄλον περιμέτρον ὀπνήκα Δόμνος τὰς ἱεράς ἑνάδας τῆς Ἀντιόχου διεχειρίζετο. Ὅς καὶ ἐπειδὴ ἀκούσας τὸ ἔργον παρ' αὐτὸν ἐγεγόνει, ἐκπλήκτος ὄλος ἦν, καὶ μυστικωτέρως ἐφίετο συνελθεῖν. Ἐπειδὴ οὐδ' ἄμφω συνήλθον, τὴν ἄχραντον καὶ ἀναιμάκτον θυσίαν τελέσαντες, τῆς ζωσποιοῦ κοινωνίας ἀλλήλοις μετέδωκαν. Καὶ τοίνυν ὁ μέγας οὗτος μετὰ τοῦ κάτω βριθοντος σώματος, τὴν τῶν ἀγγέλων πολιτείαν ἐκμιμησάμενος, πᾶσιν ἀποτάσσεται πράγμασι· βίβη δὲ φύσεως τὰ μετέωρα καταλαβεῖν ἐπιγόμενος, μέσον οὐρανοῦ καὶ γῆς τὸ ἐνδιαίτημα πῆγνυσιν, ὥστε θεὸν ἀταράχως δοξολογεῖν, καὶ μετ' ἀγγέλων ἁσίγητον ἐκείνῳ πλέκειν τὴν ὑμνωδίαν· ἐκ μὲν γῆς τὰς τῶν ἀνθρώπων δεήσεις οἷα τις μέσος καθεστῆκώς, προσάγων θεῷ, ἐκείθεν δὲ τὴν ἀχρονον χάριν καὶ τὸ ἀπειρον τῆς εὐμενείας κατὰ γων-αὐτοῖς. Οὐ τὰ παραδόξα τῶν ἔργων πολλοὶ μὲν ἰσχύονται αὐτόπταις τῶν παραδόξων γεγεννημένοι· ἐπαξίως δὲ μάλα καὶ λογίως καὶ Θεοδώρητος καθιστόρησεν ὁ τὴν Κυρυστηνῶν ἐκκλησίαν ἐπισκοπήσας· ἐν τῇ παρ' αὐτῷ *Φιλοθέῳ ἱστορίᾳ* ἐπιγραφείσῃ. Ὅτε τοίνυν ὁ ἐπίσκοπος οὗτος ἄγγελος Συμεῶνης, καὶ ἐν σαρκὶ τῇ ἀνωτάτῃ πολιτευσάμενος Ἰερουσαλήμ, τὴν ἀτριβὴν καὶ ξένην ταυτηνὴν τρίβον ἀνύσειν ἐπέβαλε, φιλανθρώπως οἱ τὰς τῶν ὁρέων κρυφὰς κατελιφότες Πατέρες διατεθέντες, τῶν τινὰς ἑαυτῶν ἀποκρίναντες, στέλλουσι παρ' αὐτὸν, ταῦτ' εἰπεῖν ἐντελέμενοι· Τί σοι βούλεται ἡ ξενοπρεπὴς αὐτῆ οἰκίσις; Τὴ τὴν τετριμμένην καὶ σκεδὸν τοῖς πᾶσιν ἁγίοις πεπατημένην ὅδον διαφείς, παρηλλαγμένην τινὰ καὶ ἀγνώτα καθάπαξ εἴλου ὀδεύειν; Πρὸς δὲ τοῦτοις ἐπιτετράφασιν, καταβαίνειν ἐκείθεν κελεύσαι, καὶ τὴν τῶν ἐκλεκτῶν Πατέρων ὀδεύειν ἀρεῖσθαι· κἂν μὲν πρόθυμος γένοιτο πρὸς τὴν ἐκείθεν καταβάσιν ἑαυτὸν ἐκιδόναι, συγχωρεῖν ἐκέλευον, καὶ τρέχειν ἢν ἡρεσίαστο· δῆλον γὰρ τῇ ὑπακοῇ ὡς Θεὸς ὀδηγός· ἐστὶν ὧδε διαθλεῖν ἡρημένῳ· εἰ δὲ γε δοῦλος ἰδίας ὀρέξεως γένοιτο, καὶ ἀντιβαίνειν περὶ τῆς, καὶ μὴ πρὸς τὴν ἐπιτροπὴν ὀξείως εὐθυδρομήσειε πρὸς βίαν ἐκ ποδός· ἔλκειν, καὶ εἰς

Hoc ipsa tempore etiam magnus Symeones, sanctæ et celebris recordationis, qui primus stationem in columna invenit, vixit: et celebre consecutus est nomen, domicilium super columna bicubitale undequaque habens, quo tempore Dominus sacras Antiochenæ urbis habenas tenuit: qui etiam ea re audita, cum ad eum venisset, totus consternatus est, et cum eo mystico arranone congressu convenire exoptavit. Conveneruntque adeo ambo, et sacrificio immaculato atque incruento peracto, alter alteri vivificam communionem porrexit. **560** Magnus igitur vir iste, etiam in corpore deorsum versum vergente, angelorum vivendi institutum imitatus, rebus negotiisque omnibus nuntium remisit: et vi naturæ illata, ad sublimia aspiravit, atque medium inter cælum et terram domicilium sibi fixit, ut extra turbam et tumultum omnem positus, Deum glorificaret, et perpetuis cum angelis hymnorum laudibus celebraret. Hinc quidem veluti mediator quidam supplicantium hominum preces ad Deum referens, inde autem affluentem atque immensam benignitatis gratiam illis impertiens. Cujus admiranda opera a multis quidem, qui ea oculis ipsi suis viderunt, memoriæ prodita sunt. Commode autem et pulchre ea Theodoritus Cyri episcopus, in Dei amantum historia est prosecutus. Sed enim ubi terrenus iste angelus, atque etiamnum in carne supremæ illius Jerusalem civis et incola Symeones, a nemine antea tritam novamque plane viam ingressus est, summos montium vertices incolentes Patres perbenigne erga eum animati, delectos ex eorum numero quosdam ad eum misere, eique hæc renuntiare jussere: Quid sibi vult insolens hæc et peregrina habitatio? Cur tritam hanc et a sanctis fere omnibus calcatam viam relinquens, aliam quendam et prorsus ignotam semitam iniisti? Illud præterea mandatam eis dedere, ut descendere illum, et electorum Patrum vestigia sequi juberent. Ac siquidem promptum se, ut ex columna descenderet, præberet: permittere ei, ut quam vellet vivendi rationem persequeretur, præceperunt. Obedientiæ namque ejus, si Deus instituti ejusmodi dux esset, declaraturam esse censuerunt.

¹ Psal l, 20.

Sin cupiditati ipse suæ inserviret, et contra sibi nitendum esse duceret, neque celeriter statim mandatum hujusmodi exsequeretur, pedibus vi arreptum illico detrahere jusserunt. Ut illi ad eum venerunt, et Patrum mandatum exposuerunt, confestim ille altero pede prolato, ad descendendum, et absque ulla deliberatione et dissensione, ad præceptum eorum implendum promptus paratusque fuit: et gratias illis egit, qui tantam de eo gererent curam, veluti quidquam præter voluntatem et sententiam Dei facere occæpisset. Porro illi eum in instituto, quod sibi proposuerat, permanere sunt passi: potestati ejus permittentes, ut quem cepisset cursum teneret: illud insuper adjicientes, **561** Fortis esto, et viriliter age. Videris namque divinitus ad hanc vivendi viam perductus esse, antea ignotam. Itaque deinceps magna ille concepta fiducia, cœptum id magis est prosecutus. Tam prolixè autem divina in eo viro enituit gratia, ut cum Theodosius sanctione quadam Judæis synagogas in urbe Antiochena a Christianis eis ademptas restituere jussisset, et Symeones magna dicendi et objugandi libertate usus, litteras ad eum dedisset, princeps is, jussionibus suis abolitis, ea quæ sancto viro et Christianis placuissent, fecerit, atque præfecto ei, cujus suasu res ea instituta fuerat, tum dignitatem ademerit: precatoresque maximos ad aereum martyrem miserit, qui illum ut pro se Deum exoraret et preces suas secum communicaret, rogarent. Quæ autem ille admiranda ediderit facinora, et quam commode cum quibusque collocutus sit, quis sigillatim exponat? Quæ si quis nosse velit, eum ad historiam ejus legendam remittimus, qua post magnum Theodoritum optime cognominis ei Symeon Metaphrastes conscripsit, novum quoddam et admirandum in ea ex omni generis cibariis convivium omnibus proponens. In hoc vitæ instituto decertans, quinquaginta et sex peregit annos. Novem enim in priore, ubi principiis sacræ religionis imbutus est, schola consumpsit: quadraginta autem et septem, in ea quæ dicitur Mandra: sive ut alii tradunt, decem hic in angustiis quibusdam peregit; septem vero in minoribus columnis, et tandem in columna quadraginta cubitorum longitudinis undetriginta transegit annos. **D** Cujus sacrum cadaver post tot certamina, et mortem ipsam obitam, postea sub Leonis Magni imperio Antiochiam est perlatum, Martyrio, qui tum ibi episcopatum gerebat, atque Ardaburio Orientalium copiarum ductore, cum militibus suis, et aliis plurimis magistratibus præsentibus. Qui simul omnes, maximo eos comitante exercitu, ad divinum illud tuguriolum advenere, et venerandum illius cadaver cum reverentia et comitatu multo (multum namque etiam ex monasticis philosophis undequaque ex vicinis locis ad sacram corporis illius productionem et pompam eo se contulerant) **562** asservarunt, ne finitimæ urbes confluentes id raverent: quod ille inter se, quænam illud sortire-

ἄγην εὐθύς κατασπᾶν. Ὡς δὲ πρὸς αὐτὸν ἐγένοντο, καὶ τὴν τῶν Πατέρων ἐντολὴν ἤγγελλον, εὐθύς θάτερον τῶν ποδῶν προτείνας, κατιέναι τοῦ στύλου ἔτοιμος ἦν, καὶ τὴν τῶν Πατέρων ἐπιτροπὴν ἀδισταχῶς ἀνύειν· καὶ χάριν εἶδέναι τούτοις διωμολόγει, ἐβῆτο κηδομένοις ἐκείνου, μὴ κατὰ τὸ δόξαν Θεῶν ὡσαύτῃ πράττοντος. Οἱ δ' οὕτως ἔχοντα μᾶλλον, ὡς γὰρ ἦν ὠρισμένον, εἰών, ἐπιτρέποντες τὴν ἦν προῦθατο πορείαν ἀνύειν· ἐπειπόντες, Ἰσχυε καὶ ἀνδρίζου· Κοικᾶς γὰρ θεόθεν πρὸς τὴν τρίβον ταύτην ποδηγηθῆναι, ἀγνώστα πρότερον οὖσαν. Ὁ μὲν οὖν τουλοῖπου θαρρήσας, ἐπιμᾶλλον τῷ ἔργῳ ἐπέβηκε. Τόσον δ' ἡ θεία χάρις ἐνέσκηψε τῷ ἀνδρὶ, ὡς καὶ Θεοδόσιον, γράμματι θεσπίσαντα τὰς ἀφαιρεθείσας πάλαι Ἰουδαίων συναγωγὰς κατὰ τὴν Ἀντιόχου παρὰ Χριστιανῶν αὐθις ἀποδοθῆναι, οὕτω σὺν κηρῆσι πολλῇ γράψαι καὶ ἐπιτιμῆσαι σφοδρότερον, ὡς καὶ αὐτὸν ἐκείνον τὸν κρατοῦντα τὰς σφετέραις ἀνακαλεσάμενον προσταγὰς, τὰ πρὸς χάριν τῷ ὄσιῳ τῶν Χριστιανῶν ἐτελέσαι· παραλῦσαι δὲ καὶ τὸν τρηκαῦτα ὑπαρχον τῆς ἄξιᾶς, τὴν πρᾶξιν εἰσηγησάμενον· καὶ μεγίστην ἐπιπέμψαι τῷ ἀερίῳ μάρτυρι δέησιν, ὥστ' ὑπὲρ αὐτοῦ Θεὸν δυσωπεῖν, καὶ τῶν οἰκειῶν μεταδιδόναι εὐχῶν. Ὅσα δὲ κατὰ μέρος ἔπραξε τῶν ἔργων παράδοξα, καὶ ὠμίλει ἐκάστῳ τὰ πρόσφορα, τίς ἂν κατὰ μέρος ἐκδιηγῆται; Τῷ γὰρ μὴ βουλομένῳ τῇ κατ' αὐτὸν ἱστορίᾳ ἐντυχεῖν προτροπέμεθα, ἦν ἀριστα μετὰ τὸν πολὺν Θεοδώρητον ὁ ὁμώνυμος αὐτῷ Συμεὼν ὁ Μεταφραστὴς ἐπεξῆλαθε, πᾶσι καινὴν τινα καὶ ξένην πανθαύμαστον τὰ ἐκείνου προθέμενος. Ἐπὶ δὲ ταύτῃ τῇ διατριβῇ ἀεθλεύων, εἰς καὶ πενήκοντα διετέλεσεν ἔτη· ἐννέα μὲν τῷ προτέρῳ φροντιστηρίῳ ἔβη καθήχεται, ἐπτά δ' ἐν τῇ καλυμένῃ Μάνδρᾳ καὶ τεσσαράκοντα· δέκα μὲν ἔτεσι στενωπῷ τινὶ τὸν ἀγῶνα διηνοχῶς, κλοσι δὲ βραχυτέροις· ἐπτά· ἐπὶ δὲ τὸν τεσσαρακοντάτηχον ἔτη τριάκοντα. Οὗ τὸ ἱερὸν καὶ πολυάθλιον σῶμα μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν χρόνῳ ὑστερον Λέοντος τοῦ μεγάλου τὰ σκήπτρα Ῥωμαίων διέποντος κατὰ τὸν Ἀντιόχου εἰσῆχθη, Μαρτυρίου τε ἐπὶ τῶν ἱερῶν οὐράκων προκαθημένου, Ἀρδαβουρίου δὲ τῶν Ἐφῶν ἡγουμένου ταγμάτων μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν στρατιωτῶν, καὶ ἄλλων πλείστων τῶν ἐν τέλει παρόντων. **D** Οὐ δὲ πάντες ἅμα καὶ ἀπείρου σίφου; ἐφεπομένου, κατὰ τὴν θεῖαν μάνδρην γενόμενοι, τὸν πάνσεπτον ἐκείνου νεκρὸν σὺν αἰδοῖ καὶ δορυφορίᾳ πολλῇ διεσώσαντο (πολλοὺ δὲ πλῆθους φιλοσόφων ἀνδρῶν ἐκ τῶν περικύκλιω καταφοιτησάντων τῇ τοῦ ἱεροῦ ἐκείνου σκήνους ἱερᾷ προπομπῇ), ὡς ἂν μὴ αἱ περίε πόλεις ἐπιβρῦεσαι τὸν ζωηφόρον νεκρὸν διαρκάσωσι, φιλονεικοῦσαι, ποτὰ ποτὲ γένοιτο τοῦτον κληρώσασθαι. Μόλις δὲ διαφυγὸν τοὺς ἀρπάζοντας σὺν θαύμασι κατὰ τὴν ὁδοπορίαν γεγενημένοις, κατὰ τὴν Ἀντιόχου ἐτέθη. Ὁ καὶ Λέων ὑστερον ὁ αὐτοκράτωρ Ἀντιοχέαν εἰδεῖτο λήψεσθαι. Οἱ δὲ δέησιν ἐπιπέμψαντες, πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ταῦτα τῇ δέησει γεγράφασι· « Διὰ τὸ μὴ ὑπάρχειν τεῖχος τῇ πόλει (πέπτωκε γὰρ ἐν ὀργῇ σεισμοῦ μεγάλου γεγεννημέ-

νου) ἡγάγομεν τὸ πανάγιον σῶμα τοῦ Συμεῶν, ὅπως ἂν ἡμῖν γένηται τείχος καὶ ὄχυρωμα ὡς μὲν δὲ δυσωπηθεῖς, ἐνδοῦς τε τῇ δεήσει ἐκείνων, τὸ σεπτὴν ἐκείνοις εἶασε σῶμα τοῦ Συμεῶν, ὃ καὶ μέχρι τῶν κατωτέρω χρόνων ἐκείσε δὴ φυλάττεσθαι καὶ ἐς δεῦρο ἔγνων. Ἐφ' ᾧ δὴ καὶ τι παράδοξον ἱστορεῖται τοῖς θεωρήσασιν. Τὰς γὰρ κατὰ τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ πώγωνος προσούσας τρίχας μὴ διαπεσεῖν, μήτε μὴν τῷ χρόνῳ διαφθαρῆναι, φασί· νικήσασαι δὲ τὸν χρόνον, ἐτι διαφαίνονται σώζουσαι τῷ ἁλίῳ τὸν χαρακτῆρα, ὡς περ ζῶντι καὶ ἀνθρώποις διομιλοῦντι· περὶ σῶζεσθαι δὲ αὐτῷ καὶ ἅπαν τὸ δέρμα, τῷ μακρῷ κόμφῳ καὶ χρόνῳ ἐβρύτιδωμένον τε καὶ ἀπεσκλήρως· πρὸς δὲ καὶ οἱ κατὰ τοῦ στόματος ὀδόντες, πλὴν ἐκείνων ὅσοι πιστῶν χερσὶν ἀνεπαύσθησαν φιλτρῶ τῷ πρὸς αὐτόν. Ἄ δὴ πάντα κηρύττουσι διὰ τοῦ σχήματος, οἷός τε καὶ πόσος, πηλίκος· τε ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος ἦν Συμεῶν. Παράκειται δὲ τῷ σώματι καὶ ὁ ἐκ σιδήρου πεποιημένος κλοιός· ὃς καὶ αὐτός, σύνμα τῷ καρτερικῷ ἐκείνου καὶ πολυάθλω σώματι συναεθειῶν, καὶ τῶν ἐκ Θεοῦ μετέσχηκε δωρεῶν. Οὐδὲ γὰρ καί περ ἀποθανόντα τὸν Συμεῶν ὁ ἐραστής αὐτῷ, εἶπω δ' ὅτι καὶ ἐρώμενος σίδηρος· ἀκλέλοιπεν, ὡς περ ἀποσκιρτήσας τῆς καλῆς· ξυναυλίας· ἀλλ' ἐκείνῳ παράκειται, ἕσα δὴ καὶ τὸ ἐκείνου σῶμα διαπραττόμενος. Οὕτως ἔμοιγε τοὺς καθέκαστον τῶν ἐκείνου ἔρω· ἐπεξελθεῖν, ὡφέλειαν προξενήσουσι διηγουμένῳ καὶ τοῖς ἐντυγχάνουσιν, εἰ μὴ προειρημένους θεοῖς ἀνδράσιν ἀξίω· καὶ μάλα λαμπρῶς καὶ εἰς πλάτος πάντα πεπόνθηται· ἄλλως τε καὶ πρὸς ἄλλα τῆς ἐπαγγελίας ἐμοὶ προκειμένης, τίως ὅπερ ἐκείνοις παραλέλειπται διηγησῶμαι. Μάνδραν μὲν, ὡς εἴρηται, τὸν χώρον καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι τῆς ἀσκήσεως, τοῦ ὁσίου τὴν κλῆσιν αὐτῷ ἐπιδεδωκότος. Διέστηκε δὲ Θεουπόλεως σταδίοις μάλιστα τριακοσίοις πρὸς αὐτὸ τὸ ἀναντες τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους διακειμένη· τὸ δ' ἐπέκεινα πρόσαντες διήκει σταδίοις εἴκοσιν· ἐφ' ᾧ καὶ νῦν ἀνέστη τῷ ἁγίῳ ἐς σταυρὸν σχῆμα διατυπούμενος, ἐκ τεσσάρων πλευρῶν θόλιος κοσμούμενος. Κλίνας δὲ ξεστοῦ λίθου πεποιημένοι παρατετάχεται ταῖς στοαῖς πρὸς τὸ εὐπροπέστεραν, εἰ μάλα τὴν ὄροφν εἰς ὕψος· ἐπαίροντες· τὸ δὲ μέσον αὐλῆς τίς ἐστὶν ὑπαίθριος, τέχνη δὴ τινὲ πλειεστη ἀκρως ἐξεργασμένη· ὅπου κατὰ μέσον ὁ τεσσαρακοντάπηγος· ἐκεῖνος ἰδρυτο κίων· ᾧ χρησάμενος ὁ ὀσιος κλιμακί, ὁ ἔναρχος· ἄγγελος πρὸς τὸν οὐράνιον ἀνέδραμε χώρον. Τῶν δ' εἰρημένων μοι στοῶν πρὸς τῇ κορυφῇ κλειθριδιὰ τινα καθεστᾶσιν, ἅπερ ἔνιοι θυρίδας καλεῖν εἰώθασι. Πρὸς αὐταῖς δὴ ταῖς στοαῖς καὶ τὸ βῆθὲν προαύλιον ὑπαίθριον ἀποκρίνεται, καὶ χώραν διδοῦσαι τοῖς ἡρημένοις ἐκτός· ὄρᾳν ἔσωθεν, καὶ ἔσω πάλιν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν. Ἐνθα τὸν παρακύπτοντα ὄρᾳν ἐστὶν ἀστέρων τινὰ ὑπερμεγέθη καθ' ἅπαν τὸ θυρίδιον διαθέοντα καὶ περιφανῶς σελαγίζοντα, καὶ ὡσανεὶ παυ-

lar, decertarent : atque id vix tandem salvum, multis in itinere miraculis exhibitis, Antiochiæ repositum est. Id etiam postea imperator is ab Antiochenis sibi dari petiit. At illi precatoribus ad eum missis, inter alia et hæc precibus suis addidere : « Propterea quod urbs nostra murum non haberet, qui magno terræmotus impetu corruit, sacrosanctum Symeonis corpus huc adduximus, ut nobis pro muro et vallo esset. » Quibus verbis ægre Leo exoratus, precibus eorum cessit, et sanctum Symeonis corpus eis reliquit. Quod ibi posterioribus temporibus ad hoc usque tempus servatum esse scimus (1). De hoc mirandum quiddam, quod id viderunt, memorant. Nam capitis ejus et barbæ capillos non excidisse, neque tempore longissimo intercidisse aiunt : qui vi temporis superata, formam adhuc viri sancti veluti viventis et inter homines versantis conservarint. Integra etiam ejus dicta est fuisse cutis omnis, atque in fronte præcipue labore et tempore multo rugosior atque durior facta. Oris item dentes, illis exceptis quos fidelium manus propter egregium in eum amorem abstulere. Quæ sane omnia staturam ejus et habitum, qualis et quantus Dei homo Symeones fuerit, declarat. Juxta corpus ejus etiam torques ferreus positus est : qui et ipse, quod constanti illi et forti in certaminibus variis corpori adfuerit, honorem eum a Deo consecutus est. Nam quantumvis defunctum Symeonem amans illius, dicam etiam amatum ab illo ferrum, non reliquit, tanquam ab illius pulchra consuetudine resilientis : sed juxta illum situm est, veluti corpus illius perficiens. Ingens vero mihi cupido incesserat, res ejus sigillatim recensendi, utilitatem et mihi commemoranti, et historiam hanc legenti allaturas : nisi ab eis, quos dixi, sanctis viris pro eo atque decet, luculenter et copiose essent descriptæ : præcipue cum ad alia quæ instituti promissique nostri sunt referenda nobis properandum sit. Quare unum saltem quod ab illis prætermissum est, nunc commemorabo. Mandram, sicuti dictum est, monastici exercitii ejus locum incolæ nominant, appellatione tali ei a sancto ipso viro imposita. 563 Distat a Theopoli stadiis plurimum trecentis, ad acclivem montis verticem sita. Ascensus arduus stadiorum viginti est, ubi et templum viro sancto, in crucis speciem conformatum, et ex quatuor partibus porticibus exornatum, excitatum est. Juxta porticus eas ex saxo polito columnæ decentissime constructæ sunt, quæ summam testudinem perpulchre in sublime attollunt. In medio hypæthra, sive subdialis aula est, arte exquisita ad summum elaborata. In media ea, columna illa quadraginta cubitorum stat, qua sanctus ille vir et carnalis angelus tanquam scalis usus, ad cœlestem conscendit regio-

(1) Corpus Simeonis usque ad Evagrii Scholastici tempora integrum duravit. Hujus caput se cum multis sacerdotibus vidisse scribit Evagrius episcopi Antiochiæ agente celeberrimo Gregorio.

cum Philippicus orientalium copiarum dux præsidii causa sibi sacras sanctorum reliquias multas postularet,

nem. In eis quas dixi porticibus, ad fastigium summum caucelli (quidam fenestras appellare consuevere) sunt, porticibus ipsis et subdiali quæ dicta est aulæ respondentem, locumque volentibus dantes, ut ex ipso templo extra, et rursus ab exteriori templi parte in templum prospicere possint. Ubi ad lævum columnæ latus in cancellorum uno emicantem cernere est immensam quamdam stellam (1), per fenestram discurrentem et splendide coruscantem, et modo veluti cessantem, mox vero rursus derepente affulgentem. Id quod eis tantum diebus fit, quibus memoria sancti viri colitur. Sunt etiam qui memoriæ prodiderunt, ipsius quoque Symeonis faciem illam huc atque illuc volitantem, ad columnam videri, barba, sicuti eam gestaverat, submissiore, et capite tiara tecto; nam sic quoque ille incedere solitus fuerat. Miraculum hoc spectant omnes, mulieres quoque, sed extra templum ac postes stantes. Janua enim una ex adverso stellæ fulgenti locata est. Ne enim mulier quæpiam sacram ædem forte ingrediatur, etiam atque etiam nescio quam ob causam per custodiam loco ei impositam cavetur. Viri autem, etiam ex rusticis, una cum jumentis suis ingrediuntur, sæpius columnam ipsam circumeuntes. Hæc de Symeone.

564 CAPUT LII.

De sancto et magna Euthymio, aliisque qui sancte pique vitam exegerunt.

